



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

Liber LXXXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)



HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
LIBER LXXXIV.



ALEXANDER IV. PAPA.
IMPERIUM OCCID. VACAT.
BALDUINUS II. IMP. ORIENTIS.

§. I.

Alexander IV. Papa.

Cardinales cum tota Aula Romana **Sæcul. XIII.**
Manfredi victoria territi cogitabant **A.C. 1254.**
relicta Neapoli redire in Campaniam. Anonym. ap.
Sed Marchio Bertholdus absolutos metu Ughell.
vehementer urgebat, ut congregati Pa-
pam eligerent. Itaque die Christi Na- **to. 9. p. 803.**
Hist. Eccles. Tom. XXI. K tali

III.
rent,
mpli-
ream
s an.
biit;
dans
Man-

s ibi
y De-
n A-
quin-
In
erræ
erre-

TO-

Sæcul XIII. tali cooptabant Cardinalem Raynaldum
A.C. 1254. Episcopum Ostiensem, qui assumpto sibi
Papebr. Alexandri IV. nomine coronatus est se-
conat. quente die Dominica S. Joanni Evange-
Rayn. to. 2. listæ sacra 27 Decembris an. 1254. A
init. Comitibus Signianis oriundus patrem ha-
Ughell. to. x. buit Philippum Papæ Gregorii IX. fra-
p. 83. trem, primamque aspexit lucem in arce
M. Par. Jennensi Diœceseos Anagniensis Abba-
p. 771. tiæ Sublacensi obnoxia, ubi diu mansit,
 & Cathedralis Ecclesiæ Canonicus fuit.
 Papa patruus suus eum primo Cardina-
 lem Diaconum tit. S. Eustachii, dein E-
 piscopum Ostiensem an. 1231 creavit.
 Singulari probitate morum, in Deum ac
 Cælites pietatis studio & abstinentia cla-
 rebat; sed nimis faciles adulatoribus au-
 res præbere dicebatur. Ultimo Decem-
 bris die epistolam ex more scripsit ad om-
 nes Episcopos circumferendam, qua
 eis de suo Pontificatu dabat notitiam,
 & in omnia sacra se commendabat.

Rayn. 1255. Primas ad sistendos Manfredi pro-
n. 2. 3. gressus curas convertens Legatum in Si-
Anonym. ciliam misit Octavianum Ubaldinum Car-
p. 806. dinalem Diaconum tit. S. Mariæ *in via*
Vading. *lata*, qui suum Vicarium Generalem esse
1255. n. 13. jussit quendam Fratrem Minorem Rufi-
 num nomine Pontificio sacello & expia-
 tionibus præfectum, magnæ existimatio-
 nis & industriæ hominem. Et quia Man-
 fredus omiserat Papæ pro more Princi-
 pum

pum summam dignitatem gratulari, Alexander Episcopum quendam misit, qui eum juberet die Purificationis in aula Pontificia comparere, ut de cæde Burelii Anglonii, ac de injuria responderet, quam sanctæ Sedi fecisset Legatum Guilielmum ac Ecclesiæ copias ex Apulia fugando. Manfredus respondit per litteras, se suum & Conradini jus tuendo nullam Ecclesiæ Romanæ injuriam intulisse. Postea tamen ad Papam duos, qui sibi a secretis erant, de pace acturos misit, suos progressus bellicos non ideo interrumpens.

Sæcul. XIII.
A. C. 1255.

p. 807.

§. II.

Ecclesiæ Septentrionales.

Cum Religio in Livonia incrementum caperet, Papa Innocentius IV. permiserat, ut Archiepiscopus sedem suam figeret in quadam suæ ditionis Ecclesia Cathedrali, quam idoneam sibi crederet: vacantem proin Sedem Rigensem is in Metropolitanam elegit probante Papa Alexandro per litteras 20 Jan. 1255 datas. Igitur ab eo tempore Riga Livoniæ Estoniæque ac Borussiae Metropolis fuit. Haud multo post Papa huic Archiepiscopo mandavit, ut novum Episcopatum, quando ita videretur, erigeret in gratiam ethnicorum vicinæ, quos duo fratres nobiles Otto Luneburgius ac Theodori-

*L. ep. 342. ap.
Rayn. n. 64.
ep. 294. R.
n. 63.*

Sæcul. XIII. A. C. 1255. cus Kivellius ad fidem sanam adduxissent:
omnia salvo jure Equitum Teutonicorum.
Scriptit 19 Martii.

Sup. lib. 83.
S. 43.
Rayn.
1253. n. 37.
38.

Dusbourg.
Chr. Pruss.
p. 173.
Dubrav. lib.
17. p. 137.

Modico abhinc tempore Papa annue-
 rat, ut Mendogus Lithuaniae Rex per E-
 piscopum Latinum, quicumque ipsi pla-
 ceret, filium suum coronari Regem cura-
 ret, terrasque illi, quas ethnicis Russiae
 adimere posset, concesserat. Sed hoc ip-
 so anno 1255 Mendogus armis in Chri-
 stianos conversis, Lublino in Polonia in-
 censo, multa mancipia in Lithuaniam ab-
 straxit. Sic fides, quam professus erat,
 nihil habebat solidi: ejusque successores
 per annos centum triginta porro falsos
 coluere Deos.

A fine anni præteriti magnus Cruce-
 signatorum exercitus Borussiae Christia-
 nis auxilio venit duce Ottocaro novo Bo-
 hemiae Rege, cujus nepos Otto Marchio
 Brandenburgicus hac in expeditione Ma-
 reschallum agebat: comitabantur Dux
 Austriae, Marchio Moraviae, Henricus
 Archiepiscopus Coloniensis, Anselmus
 Episcopus Olomucensis; & sequebantur
 sacri totius Germaniae pugiles tanto nu-
 mero, ut sexaginta millia conficerent.
 Advenerunt in hyeme, & Christianorum
 terris parcentes ethnicorum loca direpta
 cremabant. Boruffis prælio victis & ma-
 gna ex parte captis, Rex Ottocarus cun-
 ctis baptismum accipientibus, & deserto-
 ribus

ribus Religionis ad Ecclesiæ sinum redeuntibus vitæ gratiam fecit; reliqui omnes necati sunt. Duo Borufforum Duces primarii urbi cuidam se incluserant; ubi ob annonæ penuriam obsidioni sustinendæ impares consilium ab incolis petebant. Qui responderunt: Jam statui-
 mus Christianam religionem amplecti potius, quam unacum nostris liberis ac bonis perire. Nos idem decernimus, subjungebant Duces, quia clare videmus, nos incassum pugnare contra Deum.

Igitur se Regis Ottocari arbitrio postredie permissuros urbem per nuncios promiserunt. Admisit ille: & mane duos Borufforum Duces Episcopus Olomucensis lustrali fonte tinxit: e quo Rex alterum, alterum Marchio Otto suscepit, suoque impertivit nomine. Utrumque Rex toga candida ex serico auroque contexta induit, suumque amicum dixit. Tum ethnici reliqui non ejus duntaxat urbis sed totius Boruffiæ certatim ad salutis aquam accurrebant. Rex usque ad mare Balticum victor progressus, ad construendam ibi urbem, cui Montis Regii nomen posthæc inditum, necessaria mandata edidit, quæ Equites Teutonici executioni dederunt. Etiam Episcopus Olomucensis Regis permissu urbem condidit, & Montem Brunonis ex suo vocavit nomine, ubi Albertus Episcopus Var-

Sæcul. XIII. mienfis aliquamdiu sedem habuit: sed
 A.C. 1255. nova urbe a Borussis combusta, Elbin-
 gam se recepit, ubi magna in senectute
 obiit. Bruno Episcopus Olomucensis e-
 rat natione Saxo, genere Comes Stheum-
 bergius: Ecclesiam suam reddidit opu-
 lentissimam, multos ei fundos compara-
 vit, & loca quædam munitionibus cin-
 xit: multos templis redditus annuos at-
 tribuit, multaque prædia beneficiaria e-
 rexit, ita, ut magno Equitum numero sti-
 patus incederet, cum ejus antecessores
 pauci tantum Ecclesiastici comitarentur.
 Vide, quo ex capite tunc Episcopi lauda-
 ti fuerint!

Dissert.

Pruss. p. 213.

De Episc.

Olom. p. 182.

Frecher.

§. III.

*Litteræ Pontificiæ in gratiam Reli-
 giosorum Mendicantium.*

ap. Vading.

append. to. 2.

p. 18.

Duboulai

p. 273.

Sup. lib. 83.

§. 55.

Papa Alexander apprime favebat Reli-
 giosis Mendicantibus; ut ab ingressu
 Pontificatus sui ostendit per litteras ad om-
 nes Episcopos & generatim ad omnes
 Ecclesiasticos scriptas, quæ sic inchoan-
 tur: Nihil extraordinarium est attentius
 examinare id, quod per anteoccupationem
 aut præcipitem celeritatem actum est.
 Cum dein retulisset, quid continerent
 litteræ Innocentii IV. 21 Nov. an. 1254
 datæ, quibus initium: *Etsi animarum,*
 quæ Religiosorum Mendicantium privi-
 legia

legia constringerent, addit: Quoniam hac de materia diligentius deliberare statuimus, præcipue pacem ac quietem Ecclesiarum optantes, eas litteras, cæterasque omnes, forsitan eadem de re contra eosdem Religiosos scriptas, & omnia per consecutionem facta omnino retexenda duximus, vetamusque, ne illas exequamini. Dabat ultimo Decembris an. 1254 nempe quinto ab accepta corona die.

Post tres menses fusum edidit diploma finiendis inter Doctores Parisienses ac Dominicanos controversiis, atque Universitati pro regula serviturum. Sic incipitur: Schola Parisiensis est velut arbor vitæ in terrestri paradiso, aut velut lampas accensa in domo Domini. Et postquam in hujus Scholæ laudes excurrit, narrat originem contentionis inter Doctores sæculares ac Dominicanos, & quæ ratione horum duo, Frater Bonushomo & Frater Elias quibusdam Universitatis sanctionibus se submittere recusaverint, quæ hanc ob causam eos a societate sua excluserit. Tum inhibitionem, ne Regulares eodem in cœnobio duos Doctores suo munere fungentes habeant; & Fratrum Prædicatorum, Minorumque appellationem ad solium Apostolicum refert, ad quam nec decretoriam ferre sententiam, nec rem conficere potuerit Papa Innocentius morte præventus.

Sæcul. XIII.
A.C. 1255.

Duboulay.

p. 282.

Vading.

an. 1253. n. 2.

M. Par.

p. 781.

Sup. Lib. 83.

p. 54.

Sæcul. XIII.
A. C. 1255.

Alexander auditis duarum partium Procuratoribus & Magistro Dominicanorum Generali declarat, se pro bono pacis statuisse sanctiones Universitatis moderari congruenter cuidam Gregorii IX. decreto. Igitur fusissime modum, quo Cancellarius Parisiensis docendi copiam faciat, præscribit, permittitque, ut hic ea potestate impertiat tot Doctores, quot decere putaverit, nullum eorum figendo numerum ne Regularium quidem. Ratam habet statutam cessationem lectionum, si Universitati fiat injuria. Denique pristinum in locum restituit Doctores Ord. Præd., ab Universitatis corpore sejunctos: huic mandat, ut eos recipiat, & omnes sententias contra eosdem latas retexit. Hoc diploma datum est 14 Aprilis an. 1255 & dicitur *Quasi lignum vitæ* ob verba, per quæ inchoatur. Papa simul Episcopis Aurelianensi & Antistiodorensi præcepit, ut has litteras executioni darent, ac singulariter ut duos Doctores Dominicanos Bonumhominem ac Eliam in prioribus cathedris repõnerent. Idem etiam Doctoribus Parisiensibus diserte imperavit.

Vading.
append. t. 2.
p. 23.
Duboulat
to. 3. p. 286.

§. IV.

S. Ludovici virtutes.

sp. Rayn.
v. 42. 45.

Eodem pene tempore Papa S. Ludovico petenti duplicem præstitit gratiam,

ut

ut docent duo diplomata 25 Apr. an. 1255
 data; in quibus eum prædicans dicit,
 Franciam, quamvis sua nobilitate regna
 cætera antecellat, per splendorem ejus
 virtutum altius eminere; eum magnam
 gubernando regno suo, sed præcipuam
 suæ salutis curam impendere; delicias, &
 quidquid soli ferviret corpori, contemne-
 re, ut emolumento ac decori animæ suæ
 tanto magis studeret. Consentit proin,
 ut nec Ludovicus, nec Margarita ejus
 conjux, nec Reges successores anathema-
 te vel interdicto percelli possint absque
 singulari Apostolicæ Sedis mandato. Præ-
 terea decem dierum indulgentiam con-
 cedit omnibus, qui Deum orarent pro Re-
 ge vivo, & post ejus obitum per annos
 decem. Crebritas censurarum, & has
 irrogandi facilitas eum cogebat ad-
 hibere cautiones ad se suosque tuendos.

Ludovicus in Galliam reversus exer-
 citia pietatis auxit bonaque opera sua.
 In corporis cultu & moribus demissior,
 accuratius subditis jus dicebat, & plus
 charitatis afflictis omnibus exhibebat.
 Trans mare etiamnum agens audierat,
 magnum quendam Sultanum sedulo cun-
 ctos in libros inquirere, qui Musulman-
 nis philosophis esse necessarii possent; il-
 losque suis descriptos sumptibus ac in bi-
 bliotheca sua reponere, ut litteratis o-
 mnibus, quando illis haberent opus, com-
 munes

Sæcul. XIII.
 A.C. 1255.

Gaufr. de
 Belloloco.
 c. 31.
 c. 23.

Secul. XIII.
A.C. 1255.

munes essent. Sanctus Rex ethnicos majore superstitionis suæ, quam Christianos veræ Religionis studio flagrare videns, ac videndo commotus statuit, post suum in Franciam reditum omnes libros ecclesiasticos authenticos utilesque, quos in bibliothecis Abbatiarum invenire posset, impensis suis transcribendos curare, ut ipse primus omnium, deinde docti ac Religiosi, quibus ad ipsum aditus esset, illos in emolumentum tam suum quam proximi legerent.

Hoc propositum fideliter exequens, ea tantum de causa ad gazophylacium Parisiensis sacelli sui locum securum & commodum exstruxit, quo SS. Augustini, Ambrosii, Hieronymi, Gregorii, cæterorumque Doctorum catholicorum exempla seu apographa plura congeffit sedulo, quæ perlibenter & ipse, cum ei vacaret, perolvebat, & aliis versanda dabat. Malebat vero libros denuo scribendos curare, quam scriptos emere, dicebatque, sic præter numerum etiam utilitatem eorum crescere. Partem librorum, quos ita in bibliothecam suam Parisiensem collegerat, Fratribus Minoribus aliam, aliam Dominicanis, reliquam Cisterciensibus Montis Regii testamento reliquit: quam Abbatiam in Diocesi Bellovacensi pro centum quatuordecim monachis ipse condiderat. Quoties legebat coram quibusdam

Gall. Chro.
10.4. p. 776.

dam familiaribus illiteratis, lecta de ser-
mone latino in gallicum scitissime conver-
tebat. Legebat autem libentius libros
Patrum utpote stabilitæ admodum autho-
ritatis, quam Doctorum recentium.

Sæcul. XIII.

A.C. 1155.

§. V.

Vincentius Bellovacensis.

Sancti Ludovici bibliotheca fuit, quæ
Vincentio Bellovacensi opportunita-
tem dabat componendi librum suum,
quem Speculum Magnum vocabat. Vin-
centius Bellovacensi natus Ordinem S. Do-
minici vix institutum intraverat. Le-
ctioni præcipuam & compositioni operam
navantis fama usque ad aures Regis S. Lu-
dovici pervenit, qui benevolentia causa
Montem Regium, quo sæpe divertebat,
illum venire iussit. Vincentius apud
eum lectoris munere fungebatur, ac re-
giorum Principum studia inspiciebat; for-
tassis etiam monachos auditores habebat
& discipulos.

Echard.
Summa
S. Tho. vind.
p. 73. p. 16.
p. 19. 20.

Igitur Regis beneficio libris affluens,
litteras faciliores reddendi gratia e cun-
ctis, quos legerat, authoribus sacris &
profanis, quæ utiliora videbantur, in u-
num congeffit corpus: idque a *Speculo*
mundi, seu libello, quem hoc sub nomine
prius ediderat, distincturus *Speculum Ma-*
gnum dixit. Hoc grande opus in tres
divisit

p. 491.

p. 41.

p. 46.

p. 74. 75.

Sæcul XIII.
A. C. 1255.

p. 500.

Vinc. lib. 31.

c. 204.

p. 65.

dist. 20.

p. 58.

divisit partes. Primam nuncupavit *Speculum Naturæ*, quia totam historiam naturalem complectitur. Alteram appellavit *Speculum doctrine*, quoniam de scientiis omnibus agit. Tertiam nominavit *Speculum Historiæ*, eo quod contineat totam seriem historiæ ab orbe condito usque ad annum 1250, vel potius 1253, quia refert Petri Veronensis martyrium & ad Coelites adscriptionem.

In præfatione totius operis author quasdam observationes facit, quæ produnt qualis Critica illius temporis fuerit. De autoritate librorum loquens post litteras sacras Summorum Pontificum Decretalibus primum decernit locum, Gratiani exemplum sequens, qui autoritate Leonis IV. nititur, nec animadvertit, hunc Papam Decretales a S. Silvestro incipere; cum Gratianus adhibeat omnes, quas Isidorus collegit, & antecessoribus Leonis attribuit. Ita Vincentius has falsas Decretales non modo scriptis Patrum, verum etiam canonibus conciliorum præfert, S. Bernardum inter Patres numerat; & S. Anselmum Bedam, Alcuinum, Rabanum, & alios in loco minore ponit. Agnoscit, se quædam e scriptis incertis authoris ac dubiæ fidei excerpta, quæ nec defendat, nec rejiciat, inseruisse, eo quod ea legere salva fide possint credentes, Deum relata facere potuisse: & hoc prin-

principium promit e quodam opere, quod S. Hieronymo perperam adscribitur. Inter historias serias eundem cum Cæsare ac Suetonio locum tribuit historiae Caroli Magni sub nomine Archiepiscopi Turpini priore seculo excusæ. Fatetur, se annos accurate notandos haud suscepisse ob authorum hac in re discrepantiam, ac historiae Ecclesiasticæ studium suo tempore neglectum queritur.

Sæcul. XIII.
A. C. 1255.
de nativ.
S. Mar. to. 3.
p. 443.
p. 76.
ap. Reuber
p. 67.
Ech. p. 50.
p. 43.

§. VI.

S. Ludovici in Religiosos Mendicantes propensio.

Inter omnes Religiosos Ordines maxime duos Mendicantes Fratrum Prædicatorum Minorumque amabat Rex S. Ludovicus, dicebatque, se, si dividi posset in partes duas, utrique Ordini unam daturum esse. Aspirans igitur ad perfectionis apicem, statuerat filio in spem regni genito, cum primum is ætatem haberet idoneam, plane coronam cedere, atque alterutrum intrare Ordinem bona Reginæ conjugis venia, cui hora tempestitiva id clam aperuit. Illa silentium quidem petitum promisit, sed in rem neutiquam consensit, rationes solidas, ut eum inde avocaret, afferens. Remansit ergo in aula; sed a rebus fluxis animum magis semper

G. de Bello.
c. 12.

Sæcul. XIII. per magisque avertens, in demissione
 A.C. 1275. Deique timore tanto longius procedebat.

6. 14.

Filios geminos sibi trans mare peregre agenti natos Joannem Tristanum ac Petrum, postquam ætatem rationis competentem attigissent, Parisiis apud Dominicanos alterum, alterum apud Franciscanos educari testamento jussit, ut pietate ac litteris imbuerentur, & in eorum cœnobiiis convenientia illis conclavia præparari voluit, sperans fore, ut progressu temporis Deus illis vitam religiosam in his sanctis familiis amplectendi desiderium inspiret. Pari modo filias suas Isabellam & Blancam habuit. Etiamnum ultra mare versans priori epistolam suam scripsit manu, ut contemptis rebus profanis Parthenoni cuidam nomen daret, magnopere hortans. Blancam Deo in Abbatia Malbussioniana prope Pontœsiam obtulit, in probitate ac vitæ religiosæ studio educandam. Sed aliud statuit Deus: nam omnes quatuor Principes matrimonium inierunt.

Hæc Religiosorum Mendicantium existimatio, & hic in eos favor erat inter præcipuas causas invidiæ Doctorum secularium ac veterum monachorum. His novis advenis exprobrabant, quod Principum Præsulumque mensas appetere, honorifica ibi loca tenendi, genioque indulgenti

Guil. a S.
 Amb. p. 9. 10.

dulgendi gratia; id quod illos in obsequendo promptos & adulatorem esse cogeret; quod multis se negotiis immiscerent; Procerum Præsulumque consiliis interessent; cum eis sedem caperent in tribunalibus ad jus dicendum. Præterea, cum hi novi Religiosi per suam doctrinam & ardens Dei gloriam promovendi studium se necessarios redderent, eorum cum monachis dotatis comparatio faciebat, ut isti venirent in contemptum tanquam homines otiosi ac inutiles.

§. VII.

Fratres Minores Episcopi.

Multos jam Episcopos ex Ordinibus Fratrum Mendicantium productos vidimus; & invenio tres Fratres Minores Episcopos, quorum mentionem faciunt diplomata hujus anni 1255. Sedes Tarvisiana vacabat per translationem Petri Pierii Veneti ad Episcopatum Venetum a Papa Alexandro 13 Febr. confirmatam. Pro eligendo successore in partes itum est, quibusdam Canonicis Albertum Riccium Ordinis Minorum Vicentinum Theologiæ Professore, cæteris Bartholomæum Quirinum Clericum Venetum cooptantibus. Re ad Papam delata, Frater Albertus in Pontificii Senatus

Sæcul. XIII.

A. C. 1255.

p. 12.

Ughell. to. 3.

Vading. an.

1255. n. 17.

Rayn. n. 16.

Sæcul. XIII. natus frequentia ce debat jure suo, Papæ
A.C. 1255. supplicans, ut sibi liceret dies suos finire
 in paupertate ac demissione, quam pri-
 dem amplexus esset. Verum Papa viri
 modestia motus, electione rata habita,
 eum Ecclesiæ Tarvisianæ præesse iussit,
 ut docet diploma Anagninæ datum 20 Au-
 gusti anno 1255.

Vading.
append. to. 2.
p. 30.

Id. 1255. n. 17 Alter Frater Minor est Rainerius Mai-
 næ in Morea Mainotarum urbis principis
 Episcopus, cui Papa hoc anno copiam fe-
 cit in Italia vel alibi manendi, quamdiu
 in Dioecesi sua non foret securus a bellis,

Id. 1246. n. 9. ac ipsius reditus ethnici occuparent. Ter-
 tius est Frater Lopesius Hispanus, quem
 Papa Innocentius IV. Episcopum Maro-
 censsem creaverat anno 1246. Cum ille

Rayn. 1253.
n. 49. 50.

anno 1255 in Hispania esset, Papa Ale-
 xander per diploma 13 Maji scriptum ei
 potestatem dedit classicum canendi con-
 tra Saracenos Africæ, quibus inferre bel-
 lum parabat Alphonsus Castellæ Rex. In-
 junctum Lopesio mandatum se in Hispa-
 niam & Vasconiam extendebat; & in-
 dulgentia eadem, quæ Palæstinam peten-
 tibus, erat concessa. Etiam authorita-

n. 31.

tem Legati ad omnes Africæ Christianos
 illi Papa contulit. Castellæ Rex in locis,
 quæ ipse ac ejus antecessores Saracenis
 ademerant, nempe Carthagine Nova, Sil-
 vis, & Bagoxi tres novas Ecclesias Ca-
 thedrales erexerat: sed difficile fuit ea-
 rum

rum Diocesanes terminis circumscribere, Sæcul. XIII. A.C. 1255,
 quia longa ethnicorum possessio horum A.C. 1255,
 documenta deleverat. Igitur Papa hoc
 quoque munus Lopesio Marocensi Episcopo imposuit.

§. VIII.

Alphonfus Sapiens Castellæ Rex.

Ferdinandus Castellæ Rex anno 1252, *Vit. ap. Boll.*
 regiminis sui trigesimo quinto, die Jo- to. 18. p. 362.
 vis 30 Maji ad Deum excefferat, nostra n. 149. p. 385.
 ætate inter Sanctos relatus a Papa Cle-
 mente X. anno 1671. Successit ei filius
 natus major Alphonfus X, cui suus scien-
 tiarum, præsertim Astronomiæ amor fe-
 cit cognomen Astrologi, seu Sapientis,
 nempe Docti secundum linguam illius tem-
 poris. Condidit Universitatem Salman-
 ticensem, magnisque instruxit proventi-
 bus. Papa rem ratam habuit hoc anno Rayn. n. 52.
 1255; & consensit, ut omnes exceptis
 Regularibus, ibi Jus Civile per triennium
 audirent, ac Doctoribus inibi creatis li-
 ceret Professoris munus exercere in o-
 mnibus cæteris Universitatibus, Parisien-
 sem si demas & Bononiensem.

§. IX.

Concilium Burdigalense.

Hoc anno 1255. Gerardus Malemortius To. II. p. 759
 Archiepiscopus Burdigalensis concilium
Hist. Eccles. Tom. XXI. L lium

Sæcul. XIII.
A. C. 1255.

c. 1.

c. 5.

*Martenn.
Antiq rit.
p. 430. to. 1.*

*Conc. Turon.
813.*

c. 18.

*Sup. lib. 46.
§. 6.*

*Sup. lib. 77.
§. 52.*

c. 6.

c. 7.

c. 9.

c. 26.

lium provinciale habuit 13 Aprilis, & constitutionem triginta punctorum edidit. Noto sequentia. Clerici habentes ecclesias (paroecias intelligo) semper ibi præsto sint, & singulis quatuor anni temporibus se initiandos offerant; alioqui se suis beneficiis privatos noverint nulla alia monitione præmissa. Videtur fuisse satius futurum, ea illis non conferre nisi post sacros Ordines. Pueris cæterisque, quibus interdicta est sacra communio, die Paschatis non dentur hostiæ consecratae, sed panis benedictus tantum. Quod hic pueris adjudicatur, videtur fuisse reliquum ex veteri consuetudine illis post baptismum Eucharistiam dandi: id quod Ecclesia Græca semper tenuit. Latina ab ineunte sæculo nono haud promiscue illam eis præbebat: & vidimus, Concilium Lateranense communionem in Paschate non præcipere nisi ætatem rationis compotem habentibus.

Concilium Burdigalense pergit: Quivis Parochus Ecclesiæ suæ proventus in libro Liturgiæ sacrae seu in missali scribat. Sacrae reliquiæ laicis ad jurandum præterquam certis diebus non commodentur; nec extra capsam extrahantur, nec exponantur venum; nec publice colantur novæ, nisi Papa eas approbaverit. Pro administrandis Sacramentis, vel conferendis beneficiis nihil antea, sed post

rem

rem factam honeste peti poterit, quod ex more justum est. Si Sacerdote invito templum intraverit laicus proscriptus, & divinum turbet officium, ejus bona fisco addicat Dominus sæcularis, alioquin ipse proscribendus. Qui per dies quadraginta se junctus ab Ecclesia manserit, multam novem librarum, vel aliam poenam convenientem persolvat. Anathemate percussus ne in mortis quidem articulo absolvatur, nisi vel ipse, vel alius ejus nomine parti læsæ satisfactionem præstiterit, alioqui huic Sacerdos, qui eum absolverit, faciet satis. Nempe sacra proscriptio fieri solebat pro executione judicii, aut ob aliud debitum non solum.

Hujus constitutionis puncta duodecim ad solas spectant decimas. Laici, qui eas retinent, Ecclesiis tradant: alioqui nec ipsi, nec eorum uxores ac liberi ad matrimonium, aut Evcharistiam, vel sepulturam ecclesiasticam admittantur. Pari modo agatur cum conductoribus, qui laicorum decimas habent. Laici non vendant, nec emant decimas, quod sub anathematis poena interdiximus. Laici per censuras cogantur solvere primitiarum nomine trigesimam, quadragessimam aut quinquagesimam partem. Quamvis decimæ alias ad Ecclesias interdum pertineant, novalia semper parœciis, ubi crescunt, relinquuntur. Ultima puncta

Sæcul. XIII.

A.C. 1255.

c. 27.

c. 28.

c. II.

c. 13. 23.

c. 14.

c. 16.

c. 20.

c. 21.

Sæcul. XIII. tangunt sodalitia, quæ nonnunquam de-
A.C. 1255. generabant in conjurationes contra jura
 & libertatem Ecclesiæ. Idcirco Conci-
6.29.30. lium prohibet, ne sodales in sua capita
 Comites eligant, vel sanctiones, ad bo-
 num Ecclesiæ aut publicum non tenden-
 tes, & sine Parochi sui consensu fa-
 ciant.

§. X.

Patriarchatus Bituricensis.

Patr. Bituric. p. 116.

Sup. lib. 51. §. 8.

Thomass. discipl. par. 4. lib. 1. c. 11.

Archiepiscopus Burdigalensis Bituricen-
 sem pro Primate suo tum temporis
 agnoscebat, ut demonstrat epistola ab eo-
 dem Gerardo Malemortio 28 Oct. an. 1247
 ad Philippum Berruerium tunc Archie-
 piscopum Bituricensem scripta; a quo
 iussus erat se præparare ad ipsum inspe-
 ctionis causa recipiendum, idque Suffra-
 ganeos suos edocere; & cui Gerardus re-
 posuit, se ad eum honorifice excipiendum,
 & ad mandata ejus exequenda paratum
 esse. Primatum seu Patriarchatum Bi-
 turicensem jam inde a seculo nono ere-
 ctum vidimus, quia Bituricæ Regni A-
 quitanici urbs princeps erant: & tunc
 Primatus ille tres in provincias, Narbo-
 nensem, Auscanam, & Burdigalensem se
 porrigebat.

Narbonensis primum, dein Auscana
 se ab illo disjunxit: sed Burdigalensis in
 obse-

obsequio mansit: & Bituricensem potestatem in hanc provinciam confirmavit inter alia diploma Papæ Eugenii III. an. 1146 datum. Reges Angliæ Duces Aquitanix facti Burdigalam jurisdictioni Bituricensi subducere volebant. At Rex Philippus Augustus rem Papæ Innocentio III. conquerens orabat, ut is jura hujus Ecclesiæ, quæ sola in regno Gallico Patriarchalis esset, conservaret. Scripsit mense Majo an. 1211. Anno sequente idem Papa ratam habuit sententiam, qua Archiepiscopus Bituricensis Burdigalensem ob ipsius absentiam a suo concilio functionibus ad tempus abstinere jusserat; nec prius absolvit, quam is promitteret, se concilio Bituricensi, quando vocatus esset, interfore. Denique hoc ipso anno 1255. Cardinalis Octavianus jubente Papa præscriptum fecit, Archiepiscopi Bituricensis inspectionem in provinciam Burdigalensem tractans, quod Alexander IV. approbavit.

Sæcul. XIII.
A.C. 1255.

Patr. p. 88.

Gall. Chr. to. I. p. 74.

Inn. III. lib. XV. post. 43

130.

XVI. ep. 66.

ap. Rayn. n. 41.

§. XI.

B. Philippus Berruerius.

Philippus Berruerius quatuordecim annis Aurelianensem tenuerat sedem, §. 61. cum ad Bituricensem translatus est an. 1236. Simone Solliacensi an. 1232 vita functo, aliquoties frustra in suffragia itum;

L 3

postea

Sæcul. XIII.

A. C. 1255.

Patr. Bitur.

p. 112.

Gall. Chr.

to. 2. p. 252.

Alberic. an.

1232. & 1234

postea Doctor quidam nomine Petrus Castro-Rodulphinus electus fuit, sed biennio post de gradu dejectus suo. Demum Papa Gregorius IX. huic Ecclesiæ providendi jus esse ad se devolutum asserens, Archiepiscopum ei tribuit Philippum, qui viginti quatuor annos eidem præfuit. Magnam gerebat curam, ut familia sua bonis esset moribus; nec hominem improbum in servitiis suis ferebat. Quosdam mali exempli Sacerdotes beneficiis privatos suis alebat sumptibus, ne mendicato vivere cogerentur, & ad illa homines probos ac eruditos promovebat. Allectos ad se viros doctos in ministerio verbi divini ac poenitentiae socios habebat, eoque fine Bituricas an. 1239 accivit Dominicanos, quibus coenobium condidit sumptum largiter suggerentibus Domino Borbonii & Blanca Virsonis Domina, Comitis Joviniacensis filia. Archiepiscopus ipse sacros inter Oratores sui temporis præcipuos erat, & in tanta populi existimatione, ut finitis concionibus alii locum, in quo verba fecerat, unguibus scalperent, alii liberos suos, quibus bene precaretur, offerrent, alii fila e vestibus ejus excerperent.

Vitæ genus ducebat asperrimum. Medio Novembri Adventum jam inchoabat, & tum esurialibus tantum cibis vescebatur. Cunctis diebus Veneris, & in pervigiliis

giliis festorum SS. Virginis pane & aqua Sæcul. XIII.
A.C. 1255.
contentus erat. Quolibet vespere Sacer-
doti conscientiam detegebat suam: totus
vestitus cubabat supra cilicium: media
nocte surgebat; & in se flagris sæviens,
centies flectebat genua: dein prostratus
pro Ecclesia tota fundebat preces. Sic
vivebat, usque dum Papa Innocentius
IV. ex lapsu ab equo male affectum au-
diens, in lecto, qualis in communi usu
esset, decumbere, carnesque comedere
jussit, ne se functionibus suis imparem
redderet.

Ejus largitiones erga pauperes erant
maximæ. Bituricis in ejus domo quo-
tidie generalis quædam, & alia ter qua-
vis hebdomade in tribus ejus terrarum
locis fiebat: triginta semper inopes co-
ram eo ad mensam sedente reficiebantur.
Inspectiones suas habens, eorum domos
ingredi, ægros quærere, horum necessi-
tibus succurrere, his servire ipse sole-
bat: tum sacra confessione perpurgatis
folatia, benedictionem, & interdum san-
nitatem dabat. Nam multa curationum
miracula ei tribuebantur. Quandoque
in egenos gelu rigentes incidens, ut eos
tegeret, se vestibus spoliabat. Anno quo-
dam fames cum esset, Bituricis ad qua-
tuordecim frumenti sextarios singulis
diebus distribui jussit, ac œconomo sic an-
nonam defore dicenti reposuit: Si pro-
ventus

Sæcul. XIII.
A. C. 1255.

ventus Ecclesiæ non sufficiant, ex patri-
monio meo supplebo, quod deerit. Pii-
simæ vitæ cursum confecit die Veneris

Boll. 9. Jan.
in Præter-
miss.

9 Jan. 1266. Referuntur prodigia ejus
rogatu facta: & quædam Ecclesiæ titu-
lo Beati eum honorant.

§. XII.

Palæstinæ status.

A. C. 1255.

Quo tempore Papa Alexander orante
Castellæ Rege permittebat, ut ad-
versus Africanos expeditio sacra edice-
retur, simul eundem ad ferendum Palæ-
stinæ auxilium animabat; ut videmus in
litteris 12 Apr. 1255. datis, quarum hæc
est summa. Terra sancta plus quam ul-
la alia ethnicorum incuribus est exposi-
ta ex omni parte venientium. Aliquod
abhinc tempus per Corefmanos vastata,
continenter a Turcomannis & Saracenis
impetitur. Regionis Præfules Proceres-
que, Ordinum militarium Magistri, ac re-
cte credentium coetus perbene vident, si-
bi haud posse mitti suppetias ob præsen-
tem statum Christiani orbis ex parte ma-
xima bellis civilibus agitati. Ethnicis
interea numero & robore crescentibus,
agentes illic Christiani summam ad pau-
citatem rediguntur, modicam Terræ san-
ctæ partem sibi reliquam protinus amit-
tendi periculo obnoxii. Ethnicis animos
addit,

Rayn.
n. 68. 69. &c.

addit, quod per experientiam sciant, nul-
 lum Principem Christianum ibi posse tan-
 to tempore commorari, quantum felix
 belli conclusio peteret. Cum proin Pa-
 læstinam nulla unquam subsidia nisi bre-
 via & longe allata habituram sperent;
 ipsi autem sint in propinquo, & ad irru-
 ptionem semper parati, cum Christianis
 nec pacem inire nec inducias dignantur,
 tam parvas reliquias in sua mox potesta-
 te fore rati. Hæ rationes viderentur so-
 lide probasse negligendam ex eo tempo-
 re Palæstinam: sed Papa inferebat, tan-
 to promptius ei subveniendum, idque ut
 Rex Alphonsus tam per se quam per sub-
 ditos ageret, orabat. Papa ipse hoc fine
 in Hetruria & probabiliter alibi curabat
 ecclesiasticorum proventuum partem vi-
 gesimam colligi.

Eodem tempore Ordinem Equitum
 hospitalis lepra infectorum domus Jeroso-
 lymis S. Lazaro dicatæ sub regula S. Au-
 gustini ratum habuit per diploma Nea-
 poli scriptum 11 Apr. an. 1255. Sub fi-
 nem ejusdem anni Jacobum Pantaleo-
 nem, qui, cum plures per annos Archi-
 diaconus Leodiensis fuisset, an. 1252 ad
 Episcopatum Virodunensem evehctus, in
 Pomerania Legatum egerat, inde rever-
 sum Papa in Palæstinam misit tanquam
 Patriarcham Jerosolymitanum & Lega-
 tum ad provinciam Christianumque exer-
 citum

Sæcul. XIII.
 A. C. 1255.

Bullar.
 Alex. IV.
 const. 1.

Rayn. n. 73.

Rayn. n. 65.

66.

Sæcul. XIII.
A.C. 1255.

Id. 1253.
n. ult.

citum ibi versantem. Diploma dabat 7 Dec. 1255. Confirmavit etiam Legati potestatem & jura Constantinopolitano Patriarchæ Latino. Is erat Pantaleon Justinianus nobilis Venetus, cui Papa Innocentius IV. ante biennium tantum munus commiserat, addita legatione per totum Imperium Constantinopolitanum, ita tamen, ut cederet Legato *a latere*, si quis hæc in loca veniret. Simul illi præcepit, ut mille circiter nummorum Sterlingorum selibras ad opem Imperio præstandam mutuas sumeret, ac Ecclesiarum bona pro eis oppignoraret. Nam Latinorum conditio in Romania sicut in Palæstina indies fiebat deterior.

§. XIII.

Joannis Vatacii mors.

Imperator Græcus Joannes Ducas Vatacius exeunte Februario anni 1254 a poplexia tactus ex ea obiit prope Nymphæam 30 Oct. anno ætatis sexagesimo secundo, regiminis trigesimo tertio. Ejus solium conscendit filius Theodorus Las-caris tres ac triginta natus annos: nam sub idem tempus vitæ lucem adierat, quo pater agnitus est Imperator. Sedes Patriarchalis vacabat per decessum Manuelis, paulo ante Imperatorem mortui. Successerat Methodio successori Germani, qui Eccle-

Theod. Las-
caris emp.

Georg.

Acrop. n. 32.

p. 55.

Niceph.

Greg. lib. 2.

c. 8. n. 4.

Allat. de

conf. II. c. 14.

n. 5.

Ecclesias reconciliandi consilia cum Papa Gregorio IX. agitaverat. Porro novus Imperator, ut bello contra Bulgaros adesset, coronari maxime cupiebat, sed non poterat nisi per Patriarcham. Mox oculos conjecit in Nicephorum Blemmidam sibi mutuo amore junctum, quo Magistro doctissimus evaserat. Sed Nicephorum patriarchalis dignitas parum tangebatur; ejusque recusationem Imperator ipse haud moleste tulit. Nam Principes volunt Patriarchas submissos sibi & assentantes, quales fere sunt indocti, suis in rationibus nullam ponentes fiduciam: eruditi vero sunt rigidiores, & Dominis obstitunt suis. Sic loquitur historicus Georgius Acropolita.

Sæcul. XIII.

A.C. 1255.

Sup. lib. 80.

§. 17.

Acrop. p. 57.

§. XIV.

Continuatio turbarum Universitatis Parisiensis.

In Gallia Doctores Parisienses allato ad se diplomate *Quasi lignum vitæ*, ac ejus executionem ex mandato Papæ urgentibus Episcopis Aurelianensi & Antifiodorensi, negabant se posse adigi, ut in suum corpus admitterent Religiosos, qui vitæ genus a suo diversum ducerent. Duo Episcopi nulla oppositionum, immo nec appellationis ad Papam ab illis interjectæ ratione habita, anathematis sententiam

Duboulay
to. 3. p. 37.

Sæcul. XIII.

A. C. 1255

p. 288.

tiam tulerunt in totam Universitatem, quæ nihilominus perstabat in proposito, nec Dominicanos recipiebat. Imminebant feriæ litterariæ: atque disceptationes istæ faciebant, ut Magistri ac discipuli multi Parisiis ante tempus discederent. Nec redituri videbantur: ac reapse plures alibi figebant sedem, hanc controversiam haud cito finem habituram rati. Post festum S. Remigii diem illi, qui Parisiis remanserant, congregati ad Papam scribere statuebant, mittereque, qui ei dicerent, jam non societatem inter ipsos, nec corpus Universitatis Parisiis esse, ipsosque omnia privilegia sua abdicasse. Litteræ Parisiis manentium Doctorum, auditorumque privatorum nomine 2 Oct. an. 1255 scriptæ sunt hunc in modum.

p. 289.

Fere triennium est, ex quo Dominici nostram divexant scholam tam per lites, quas nobis inferunt, quam per terrorem potestatis profanæ: ac nuperrime per importunitatem suam a Tua clementia subreptitias impetrarunt litteras *Quasi lignum vitæ*, quæ veterem scholæ nostræ ordinem turbant, immo funditus evertunt. Sumus inermis extraneorum multitudo, quibus indigenæ atrociter sæpe insultant: nec aliud habemus mali remedium quam lectionum nostrarum suspensionem, quæ Principem ad ferendam

dam nobis opem excitet. Hoc ipsum ve-
ro remedium unicum nobis adimit epi-
stola tua prohibens, ne cessemus a lectio-
nibus, nisi duæ tertiæ Magistrorum cu-
jusque facultatis in id consentiant. Nam
plusquam tertiam Doctorum saltem Theo-
logiæ conficiunt Ecclesiæ Parisiensis Ca-
nonici, cæterarumque societatum Reli-
giosi, quibus persuaderi haud posset, ut
comperimus, generalis lectionum inter-
missio: metuerent enim, ne Universitas
alio transferretur, vel auditores abirent.

Videntes interim Te per plenam po-
testatem tuam jungendos iterum Univer-
sitätis corpori duxisse fratres Bonumho-
minem ac Eliam ob rebellionem suam a
nobis exclusos, horum restitutioni haud
obstendum censuimus, cum operam da-
re litibus præsertim contra fautores eo-
rum nequeamus. Maluimus autem pri-
vare nos commodis Universitatis, quam
istorum hominum societatem ferre diu-
tius, quam nobis noxiam experti sumus,
ac ne toti Ecclesiæ periculosa esset, timui-
mus. Illud quoque consideravimus, so-
cietatem per amicitiam, non per vim for-
mari solere; ac secundum Juris regulam
neminem adstringi posse ad societatem
ingratis suis ineundam vel conservan-
dam. Igitur nos a corpore Universitatis
sejuximus, hujus fructibus ac privile-
giis nos exuimus, & illorum hominum
societa-

Sæcul. XIII.

A. C. 1255.

Sæcul. XIII. societatem sic evitavimus, ut imperio tuo
 A.C. 1255. non adversaremur.

p. 290.

Veruntamen Episcopos Aurelianensem & Antifiodorensem ita deceperunt, ut istud per Præfulum mandati verba transgrediens in omnes Magistros & auditores, qui duos Dominicanos horumque discipulos intra viginti dies non reciperent, anathema contorqueret, ac eidem inhærentes corpori, qui eos possent ac deberent admittere, non distingueret ab iis, qui separati ab illo corpore id nequirent. Quæ res nos denuo ad pietatem tuam appellare coëgit. At hi Fratres provocationis nostræ nullam ducentes rationem, nos pro viribus suis vexare non desinunt, quamvis eos neutiquam impediamus, quin scholas & auditores, quotquot acquirere possunt, habeant, ipsique ac eorum discipuli cunctis privilegiis nostris fruantur. Nec superiores illis, nec inferiores esse volumus; nihilque poscimus aliud, quam ut in quadam urbis parte nobis esse tranquillis per eos liceat, nec in nostras domos, scholas, conventus per vim se inferant. Hoc oravimus, hoc, quantum valebamus, viva voce interdiximus, probe gnari, eos semper habere ad nutus suos conversam armatorum hominum multitudinem.

Iidem Fratres a malo impulsæ spiritu insuper quandam calumniam invenerunt
 contra

contra Magistrum Guilielmum de sancto Amore, virum venerabilem, sacratio nostro præpositum, ac Theologiæ Professorum, quem, quia nos defendit, odio habent. Hunc falso accusarunt, quod famam tuam, quæ integerrima semper fuit, offenderit, nec semel nostris in cœtibus libellum existimationi tuæ iniquum legerit: etiam nos omnes, quasi cum voluptate eum audiissemus, reos volebant facere, ac per Nuncium tuum Gregorium Parisios profectum suam de hoc Doctore querimoniam ad Regem ac Episcopum Parisiensem detulerunt. Doctor ad Episcopum vocatus, Nuncium quoque acciri cupiit, dicturum, quo authore rem ipsi objectam comperisset, ac documenta contra ipsum accepta exhibiturum. Nec Episcopus Nuncium accersere, nec Nuncius in iudicio comparere audebat: sed iste cum in verbis suis haud constitisset sibi, ac postea, quod primum dixerat, negasset, subito ex urbe abiit. Tandem Episcopus post plures dilationes nulla probatione contra Doctorem habita, canonicam coram quater mille scribis sui purgationem pollicitum juridico ritu ab actione absolvit. Hæ pluresque aliæ injuriæ, quas recensere longum foret, nos lectiones nostras etiamnum suspendere coegerunt.

Conclu-

Secul. XIII.

A C. 1255.

Sæcul. XIII.

A. C. 1255.

p. 291.

Concludunt Doctores orando Papam, ut anathematis sententiam duobus ab Episcopis pronunciatam esse nullam declaret, ac libertatem, quam habuissent, cum summus fieret Pontifex, ipsis redderet. Alioquin, addunt, vel scholam nostram aliud in Regnum transferemus, vel in suam quisque patriam redibimus, ut ibi libertate, quam nobis natura dedit, fruamur potius, quam obtrusæ nobis societatis hujus servitutem feramus. Tum vero timendum esset, ne incitia & cæcitate laboraret Ecclesia, & ab hæreticis vastaretur. Itaque sanctissime Pater, responsum nobis ultimum mitte celeriter (ita supplicamus tibi) neque nos diutius suspensos tene, ut & nobis & scholæ nostræ prospicere possimus!

p. 292.

Anno priore Episcopus Parisiensis ad Papam Innocentium miserat libellum quendam, cui inscriptio erat: *Introductio ad Evangelium æternum*. Papa Alexander tribus Cardinalibus, scilicet Episcopis Tusculano ac Prænestino, & Hugonia S. Charo Presbytero tit. S. Sabinæ, Ordinis Prædicatorum id opusculum examinandum dedit, ac rejectum voluit suppressi ab Episcopo Parisiensi anathematis pœna, ni pareret, proposita. Scribebat 23. Oct. 1255. At 12. Nov. eundem Episcopum iussit cavere, ne libelli suppressio Fratribus Minoribus esset dedecori. Nempe

p. 293.

Nempe Joannes Parmensis Minister eorum Sæcul. XIII.
 Generalis opusculi author esse credebatur. A.C. 1255.

Papa Doctorum Parisiensium litteris haud commotus, Cancellario ad S. Genovesam per litteras 25 Nov. scriptas interdixit, ne facultatem quampiam Parisiis docendi potestatem daret iis, qui renuerent observare diploma *Quasi lignum vitæ*. Unde constat, Cancellarium ad S. Genovesæ tum temporis fecisse copiam tradendi publice quatuor facultates. Papa eodem fine scripsit Episcopis Aurelianiensi & Antisiodorensi: sed executionem novi hujus mandati distulere ad concilium Parisiis eodem anno celebrandum.

§. XV.

Inquisitio habetur in Gallia.

Interim S. Regis Ludovici rogatu Papa Alexander per litteras 13 Dec. Romæ Rayn. n. 95. datas Dominicanorum per Franciam Magistro Provinciali, & Fratrum Minorum Parisiensium Præsidi (Guardianum vocant) injunxit officium Inquisitionis per regnum universum exceptis terris Comiti Pictavii Tolosæque Alphonso Regis fratri propriis, fidei Cognitores jam habentibus. Inquisitores jubet investigationes, ac cætera, quæ cum hæreticis acta sint, ab illis omnibus, qui ea conscripta teneant, ponere.

Histor. Eccles. Tom. XXI. M stula

Sæcul. XIII.
A. C. 1255.

stulare, in hæresis reos, vel solum infamia ejus flagrantes, nisi se prorsus Ecclesiæ submittant, animadvertere, & Magistratus civilis præsidium, si opus sit, invocare. Dat illis potestatem absolvendi eos, qui hæresin sincere ejuraverint, & faciendi, quidquid ad hoc munus exercendum necesse sit, haud obstante, quæ Religiosis concessa fuerit, libertate ejusmodi mandata abnuendi. Vult autem, ut ad hæreticos judicandos, vel perpetuo multandos carcere ab Episcopis locorum consilium petant. Hæc Inquisitio per Franciam generalis, &, quod majus est, ob Regis S. Ludovici preces instituta notari maxime meretur.

§. XVI.

Relatio Guilielmi Rubruquisii.

Exeunte hoc anno 1255 S. Ludovicus a Guilielmo Rubruquisio Franciscano, quem duobus abhinc annis in Tartariam miserat, itineris hujus relationem accepit. Ejus summam vide! Sacra Majestas tua scit, ut opinor, nos anno 1253. 7. Majji pontum Euxinum, (mare magnum Bulgari vocant) navigio ingressos, 21 ejusdem mensis Soldajam in Tartaria Minore sitam advenisse. Diximus nos adire Sarchium, quem esse Christianum comperissemus, & ad eum nos ferre litteras Re-

Haeluyt.
to. 1. p. 71.
Bergeron.
p. 2.

gis

gis Franciæ. Ergo humaniter exceptis Sæcul. XIII.
 Episcopus loci multa in laudem Sarta- A. C. 1255.
 chii nobis dixit, quæ veritati haud con-
 sentanea deinde sensimus. Erasmus quin-
 que numero; ego, Frater Bartholomæus
 Cremonensis meus socius, noster scriba
 Gosetus nomine præsentium lator, Homo-
 dei interpret noster, & Nicolaus quidam
 juvenis, quem ut mancipium Constanti-
 nopoli emeram. Soldaja sub initium Ju- H. p. 79.
 nii discessimus. Triduo post invenimus B. p. 43.
 Tartaros, quos inter cum agerem, alium
 in orbem venisse mihi videbar.

Octavo Ascensionis die 5 Junii ad al-
 loquium Scacataji, qui Bati cognatus e-
 rat, admissus, Imperatoris Constantinopo-
 litani epistolam ei tradidi, ut iter perse-
 quendi copiam impetrarem. Interro-
 gante illo, an placeret bibere cosmos
 (certum ex equino lacte potum) me tum
 quidem excusabam. Regionis vero Chri-
 stiani, Russi, Græci, Alani eum bibere re-
 ligioni habent, eorumque Sacerdotes bi-
 bentem æque puniunt ac si a fide defecis-
 set. Scacatajo ex me quærenti, quid
 dicturi Sartachio essemus, reposui nos ei
 locuturos de fide Christiana. Quid hæc
 sibi vellet, rogabat, avidas promittens
 aures. Igitur ei symbolum Apostolicum,
 ut poteram explicavi, per interpretem
 meum, nullius ingenii hominem, neque

Sæcul XIII. res verbis exprimendi gnarum. Quo au-
A.C. 1255. dito ille caput quassans siluit.

Pridie Pentecostes Alani, qui Græci ritus Christiani sunt, ad nos venerunt. Non sunt Schismatici ut Græci; sed Christianos omnes promiscue honorant. Attulerant nobis carnem coctam, qua ut vesceremur, & cuidam suorum mortuo Deum propitium redderemus, orabant. Respondi, nobis haud licere carnes comedere in pervigilio tam festæ diei: cujus historiam cum exponerem, triumphabant gaudio: quippe quæ ad religionem pertinent, ignorabant omnia, solo JESU Christi nomine excepto. Una cum multis aliis Christianis etiam Russis & Hungaris interrogabant, an salvi possent fieri, cum bibere Cosmos, & comedere animalia morticina, vel a Saracenis aliisque ethnicis cæsa cogerentur? Nescinus, aiebant, dies jejunii, nec possemus observare, etiamsi cognosceremus. Erigebam eos, erudiens, ac firmans in fide.

Festo Pentecostes die 8 Junii Saracenus quidam ad nos accessit, cui colloquentes religionem nostram explicare cepimus. Bona humano generi a Deo præstita per individuum naturæ divinæ cum humana conjunctionem, mortuorum reditum ad vitam, & judicium futurum, nostrarum expiationem per baptismum edoctus, id accipere se velle asseruit. At nobis

nobis idem apparantibus, derepente con-
scenso equo, se domum petere dixit, ut
cum uxore deliberaret. Postridie ad
nos, Mutavi consilium, inquiebat, alioqui
cosmos haud bibiturus amplius. Nam
Christiani loci negant, vero Christi cul-
tori hunc convenire potum: quo ego hac
in solitudine abstinere nequeo. Nunquam
ei eximere potui hanc opinionem, a fide
magnopere absterrentem ejusmodi homi-
nes suffultos a Russis, permagno nume-
ro inter ipsos habitantibus.

Altero Pentecostes die profecti, pri-
mum recta Septem Triones versus, dein-
de ad Ortum processimus, mare Caspium
habentes a dextra. Comitantes nos
Tartari magnam nobis molestiam faces-
febant, summum vero fastidium mihi crea-
bat interpretes meus, qui, quoties religio-
sum aliquid eis dicere volebam, Noli me
facere concionatorem, ajebat: tales ha-
bere sermones nescio. Sane sic erat:
post enim, quam intelligere paulum lin-
guam coeperam, eum verba mea prorsus
alio sensu reddere cognovi, & quidquid
in buccam venisset, proloqui. Quapro-
pter tacere malui, quam periculosa ejus
opera uti. Paucis ante festum S. Mag-
dalenæ diebus ingentem fluvium Tanaim,
& ultimo Julii aulam Sartachii attigimus
tridui via distantem ab Etilia seu Volga
fluminum, quæ viderim unquam, maxi-

Sæcul. XIII.
A. C. 1255.

Sæcul. XIII. mo. Nestorianus quidam Cojac nomine
A.C. 1255. ab itineris duce consultus ad ministrum
 nos misit, qui Legatos ad Principem so-
 lebat introducere. Idem dux noster, quid
 muneris afferremus, rogabat, indignans,
 non habere nos, quod admissionum mini-
 stro donaremus. Huic dein præfens rem
 excusabam, me monachum esse, nec au-
 rum vel argentum tangere causatus. Re-
 posuit, cum monachus essem, recte me
 agere, quod votum servarem meum: se
 non egere rebus nostris, sed de suis po-
 tius nobis daturum. Quærebat, quis inter
 Francos summus esset Princeps? Impe-
 rator, ajebam, si pacatum haberet Re-
 gnum. Non, inquiebat, sed Rex Fran-
 ciæ. Nempe Balduinum Hannoniensem,
 ac quendam Equitem Templi, qui fuerat
 in Cypro, de te loqui audierat.

§. XVII.

Sartachii alloquium.

Biduo post idem minister me Regis epi-
 stolam, sacram supellectilem, ac libros
 in aulam deferre jussit, eo quod suus Do-
 minus eos spectare cuperet. Complures
 Tartari, Christiani & Saraceni circa nos
 sedebant in equis, cum evolvi omnia cu-
 ravit. Tum quærebat ex me, an Domi-
 no suo hæc universa daturus essem? Ex-
 pavi scilicet ad hæc verba: sed dissimu-
 lans

lans metum, vestes has esse sacras, eas-
 que tangere solis Sacerdotibus licere di-
 xi. Igitur nos eas induere, atque Domi-
 num suum adire voluit: & paruimus.
 Ego pulcherrimo pulvino vestes pretio-
 sissimas, his sacrum codicem, quem tu
 mihi tradideras, ac librum Psalmorum,
 bellis ornatum picturis, quem mihi Regi-
 na dederat, imposui, & ante meum pe-
 ctus gerebam. Socius meus librum Li-
 turgiæ sacræ, crucemque, & scriba lineo
 tectus amiculo turibulum portabat. Sic
 ad Sartachium venimus: impilia pro fo-
 ribus suspensa tollebantur, ut cernere nos
 posset. Scriba & interpret ter genua fle-
 ãtere, nos sedulo cavere, ne ingrediendo
 aut exeundo limen inferum tangeremus,
 & faustas pro Principe preces canere
 iussi intravimus cantantes *Salve Re-
 gina!*

Cojac ei acerram cum ture præbuit:
 ille acceptam considerabat. Curiosius
 cum conjugè sibi assidente spectabat li-
 brum Psalmorum. Prehendens sacras
 litteras quærebat, an Evangelium conti-
 nerent? Reposui, esse totum codicem
 divinum. Etiam crucem sumebat in ma-
 num, rogans, an addita imago JESU
 Christi esset? Affirmavi. Scilicet Nesto-
 riani & Armeni effigiem crucibus non
 adjungunt suis! unde videntur haud fa-
 tis credere cruciatus Domini, vel hos eru-

Sæcul. XIII.
 A.C. 1255.

Sæcul. XIII.**A.C. 1255.**

bescere. Tradebam illi epistolam tuam cum exemplis Arabico & Syriaco: nam Ptolemaide eam verti curaveram. Postquam egressi ac exuti fuimus, homines, qui ei a secretis erant, venerunt una cum Cojac, & litteras tartarice reddi curarunt. Agebatur dies S. Petri ad Vincula, nimirum primus Augusti an. 1253.

Die postero Sacerdoti cuidam Cojaci fratri vas sacrum chrisma continens, eo quod Sartachius id videre cuperet, postulanti dedimus. Vesperi nobis Cojac vocatis dixit: Rex vester Domino meo bona verba scripsit: at insunt eis res difficiles, quarum nihil inconsulto patre suo audet facere. Hunc igitur adire debetis. Tum interrogabat, an in regione commorari vellemus? Respondi: Si satis intellexisti Regis Domini nostri litteras, propositum nostrum scire potes. Magna, inquit, patientia & demissio vobis opus erit. Ante abitum nostrum Cojac pluresque alii scribæ ad nos, Ne dicite, ajebant, Dominum nostrum esse Christianum: est Moal, hoc est, Mogol. Nempe nomen Christiani pro nationis nomine sumunt: atque si dantur inter eos Christiani aliqui, nomen Mogolum servant, quod cunctis præponunt nominibus, & Tartari nuncupari nolunt. Nestoriani rem nihili exaggerantes divulgant, Sartachium esse Christianum, atque Mangu-

Canum

B. p. 70.

Canum & Ken-Canum Christianis, quam reliquis gentibus plus honoris habere: revera tamen neuter est Christianus.

Sæcul. XIII.
A. C. 1255.

Ad Sartachium quod attinet, in Christum credat, nec ne, ignoro: hoc scio, eum nolle vocari Christianum: potius ludere Christianos videtur. Nam est in via eis consueta, scilicet Ruffis, Blacis, Bulgaris, & Alanis, qui omnes apud eum transeunt, eique munera dant, quando parentem ejus Batum adeunt: hinc eos ille comiter ac benigne accipit. Si tamen Saraceni plus afferant, citius expediuntur. Sunt etiam prope illum Sacerdotes Nestoriani, suis laminis sonos cient, & officium cantant suum.

p. 73.

Hæc Rubruquisii verba nobis indicant, quo fundamento Papa Innocentius IV. per litteras 29 Aug. an. 1254. datas Sartachio agnitam fidem sanam acceptumque baptismum gratulatus fuerit, quod per Joannem Presbyterum & Sartachii facello præfectum se comperisse dicit. Erat is haud dubie his Nestorianis exceptoribus quidam, qui titulum illum sibi asseruit, ut Papæ ac Principum Christianorum gratificationem aliquam acquireret. Rubruquisius suam narrationem ita continuat.

ap. Rayn.
1254. n. 2.

Sæcul. XIII.
A.C. 1255.

§. XVIII.

Admissio ad Batum.

p. 78.

*Sup. lib. 82.
§. 62.*

Ad Volgam delati consensu navigio Bati aulam petivimus. Erat quasi magna quædam urbs domorum mobilium, sex aut pluribus passuum millibus longa. Ducebamur ad certum Saracenum, qui nos rogabat, an legationem miseris? Respondi, te misisse aliquam ad Ken-Canum, sed nullam ei, nec Sartachio litteras fuisse missurum, nisi eos esse Christianos putasses, eo quod illud de vera fide gratulandi causa, non metu factum sit. Postridie nos ad Bati tabernaculum duxit: eramus in toga nostra nudo capite nudisque pedibus mirum præsentibus spectaculum. Frater Joannes Plano-Carpini ibi fuerat; sed quia Papæ Nuncium agebat, vestem, ne contemptui esset, mutaverat. Post breve silentium una cum meis genua submittere, solus loqui jubebar a Bato. Forma supplicis, quam exhibebam, me monuit, ut ordirem a precibus. Domine! agebam, Deum omnis authorem boni, & qui tibi bona dedit terrestria, precamur, ut etiam coelestia tibi largiatur, sine quibus illa salubria non sunt. Cum attentas præberet aures, addidi: Te bona coelestia non adepturum scias, ni fias Christianus. Nam Deus ait:

Qui

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, sal-
vus erit: qui vero non crediderit, conde-
mnabitur.

Sæcul. XIII.

A. C. 1255.

Marc. 16.

v. 16.

Ad hæc verba ille subridere leniter:
sed reliqui Mogoles collisis manibus nos
explodere. Interpres meus timore exa-
nimis mihi confirmandus erat. Facto si-
lentio ad Batum conversus, Tuum adi-
vi filium, inqueiebam, quia eum esse Chri-
stianum audivimus: attuli ei litteras
Franciæ Regis: & me misit ad te: tu
rationem scies. Tum me surgere, no-
straque nomina scribi iussit, ad me dixit,
se comperisse, te tuo e regno egressum
esse belli gerendi gratia. Id Saracenis
intulit, aiebam, qui domum Dei Jero-
solyms profanabant. Postea sedes nobis
& cosmos præberi voluit, quod illi magno
pro honore habent. Vix abieramus, cum
nos sequens deductor noster dixit: Rex
Dominus vester hac in regione vos reti-
neri cupit, quod Batus inscio vel invito
Mangu - Cano nequit facere. Itaque tu
& interpres tuus eum adeatis, oportet:
tuus socius & alter homo aulam Sartachii
repetent, ibique te expectabunt. Tum
vero interpres Homodei se perditum ra-
tus indulgere lacrymis, & socius meus se
necem potius quam absentiam meam la-
turum asseruit. Tandem Batus præce-
pit, ut iremus ambo cum interprete, &
scriba

Sæcul XIII. scriba Gosetus ad Sartachium rediret. Sic
A.C. 1255. flentes disjuncti fumus.

Per quinque hebdomades cum Bato juxta Volgæ cursum iter fecimus: denique sub festum S. Crucis Exaltatæ, nempe medio Septembri, locuples quidam Mogol nos conveniens, Ad Mangu-Canum, inquebat, vos ducere debeo: est iter quatuor mensium ac per regionem tanto frigori obnoxiam, ut vel faxa possit findere.

A decimo sexto Septembris usque ad festum Sanctorum Omnium in equis processimus semper Orientem versus, mare Caspium habentes ad meridiem. Dici nequit, quantam famem, sitim, gelu, ac defatigationem tulerimus. Diebus Veneris nihil gustabam ad noctem usque: & tum carnem comedere cogebam dolens. Initio dux noster nos pro nihilo putabat: sed melius cognitos ducebat opulentos ad Mogoles, qui se nostras in preces commendabant, ita ut verbi divini sementem feliciter spargendi occasio sese offerret, si bonus interpret adfuisset. Nos nec aurum, nec argentum, nec vestes pretiosas accipere admodum mirabantur. Quærebant, an Magnus Papa tam senex, quam diceretur, revera esset, ac quingentos ætatis annos numeraret?

§. XIX.

Sæcul. XIII.

A. C. 1255.

Jugures ac Nestoriani.

Rubriquifius deinde suum colloquium cum popis quorundam idololatrarum, qui Jugures vocabantur, refert hunc in modum. In fano multas statuas grandes & parvas videns, rogabam popas, quid de Deo crederent? Respondebant: Unum duntaxat credimus. Spiritumne an corpus eum esse creditis? Credimus esse spiritum. Num creditis, eum humanam sibi olim naturam assumpsisse? Non credimus. Cum credatis eum esse spiritum & unicum, cur effigies corporeas & tam multas ei ponitis? Et cum eum humanam sibi naturam junxisse non credatis, cur hominum potius quam aliorum animalium imagines ei statuitis? Has non formamus Deum exhibendi gratia: sed quando vir dives e nostris obit, ejus filius, uxor, vel amicus aliquis ipsius simulacrum effingi curat, & hic collocat, quod nos in ejusdem memoriam honoramus. Ergo hominibus adulandi causa id facitis? Non nisi ad eorum memoriam colendam id agimus. Sub hæc quasi jocantes ex me quærebant: Ubi est Deus? Tum ego: Ubi est anima? In corpore. Nonne corpus totum occupat totumque regit, etsi non cernitur? Sic Deus est ubique,

ac

H. p. 91.

B. 107.

Sæcul. XIII.
A. C. 1255.

ac gubernat omnia, nec tamen conspici potest, cum intelligentia sit & sapientia. Ratiocinationem cum illis longius volebam persequi: sed fatigatus interpret meus, qui exponendis sensibus meis non par erat amplius, ad silendum me compulit. Huic sectæ adhærent Tartari, quatenus unicum credunt Deum, suisque mortuis statuas ponunt.

B. p. 116.

Loquens de Catai seu China author dicit, Nestorianos quindecim ejus urbes incolere, ac Segini habere Episcopatum. Sunt rudes, addit, nec intelligunt linguam Syriacam, in qua ministerium exercent suum, & litteras divinas legunt. Hinc tam corrupti mores eorum & vitia, præsertim usuræ studium ac ebrietas. Aliqui plures habent uxores, ut Tartari, quos inter vivunt: diem Veneris festum agunt sicut Mahometani. Episcopus eorum in Tartariam raro venit, vix quinquagesimo quoque anno: & tum omnes suos infantes masculos vel in cunis sacerdotio initiari curant: unde mares pene cuncti sunt Presbyteri, matrimonium tamen ineunt, immo extincta conjugè ad alteras procedunt nuptias. Omnes sacrilegam mercaturam faciunt, nec ullum sacramentum nisi pro mercede conferunt. Cura familiæ eos pecuniæ tantum cupidus, non propagandæ fidei studiosos reddit: præterquam quod eis mali mores sui

fui contemptum afferant: nam fallorum Sæcul. XIII.
cultores numinum vivunt honestius. Hæc A. C. 1255.
ille de Nestorianis: tum rediens ad rela-
tionem suam, ita pergit.

Tandem die S. Joannis Evangelistæ p. 125. 127.
27. Dec. 1253 ad aulam Magni Cani Man-
gu advenimus. Plures Mogoles cum il-
lum, qui nos adduxerat, inviserent, nos
causam itineris nostri rogabant. Re-
spondi, nos comperto, Sartachium esse
Christianum, cum litteris Regis Franciæ
ad eum profectos, ab ipso ad Batum, ab
hoc ad Magnum Canum missos fuisse.
Quærebant, an pacem cum eo jungere
vellemus? Reposui, cum nullam Tarta-
ris causam belli præbueris, non esse, cur
pacem ab ipsis petas, quamvis hanc ut
Princeps justus & bonus cum populis om-
nibus habere cupias. Adeo nempe
superbiunt, ut orbi universo suam gratiam
captandam putent.

In ædibus palatio propinquis facel- p. 130.
lum, ibique monachum Armenum vidi-
mus in speciem severissimum, qui ad nos
dixit, se eremitam esse terræ sanctæ, sibi
Dominum Nostrum ter spectabilem impe-
rassè, ut Tartarorum Principem adiret.
Veni, addebat, abhinc mensis spatio, &
asserui Mangu-Cano, si Christianus fie-
ret, cunctas ipsi gentes, etiam Francos
& Magnum Papam se submissuros: tan-
tundem illi ut affirmetis, suadeo. Mi
frater!

Sæcul. XIII.
A. C. 1255.

frater! inquiebam, Canum, ut Christo se adjungeret, persuadere vellem, promitteremque, Papam & Francos ipsum magno cum gaudio amicum & fratrem agnuros esse: at non sponderem fore, ut ei se subjiciant, & tributum sicut aliæ nationes pendant. Hoc esset contra mentem meam & injunctum mihi mandatum loqui. Hæc responsio silentium monacho imposuit.

§. XX.

Introductio ad Mangu-Canum.

p. 135.

Quarto Januarii an. 1254 in palatium ad alloquendum Mangu-Canum ducti fuimus. Hoc mandante rogatus, quam ex oblati quatuor potionibus vellemus, gustavi modice illam, quam cerasnam vocant, ex oryza confectam. At interpres noster vinum bibit, & tam largiter, ut dein quid ageret, nesciret. Canus sibi plura alitum rapacium genera afferri voluit, quas pugno impositas tenens avide spectabat. Haud paulo post nos jussit loqui. Procumbebam in genua, & longam Cano vitam precatus, exposita itineris nostri occasione, congruenter epistolæ tuæ in ejus regione commorandi copiam pro nobis petii, eo quod regula nostra nos adstringeret, ut homines secundum legem Dei vivere doceremus. Nec
aurum

aurum nobis nec argentum esse, quod ipsi offerremus; sed Deo supplices fore pro ipso, uxoribus ac liberis ejus. Orare denique, ut saltem tantisper nos toleraret, dum vis frigoris præterisset. Mangu-Can reponebat, suam & Bati potentiam se quaquaversus extendere instar radiorum solarium: sibi argentum & aurum nostrum haud opus esse. Hactenus intellexi quodammodo interpretem nostrum: at de reliquo nihil percipere poteram, nisi eum ebrium esse: nec Mangu-Can plane sobrius mihi visus. Tale fuit Colloquium nostrum, ac exeuntibus ille nobis dici curavit, se nostri misertum bimestre frigoris prætermittendi spatium nobis concedere, quod Caracari vicina in urbe transigere possemus.

Sæcul. XIII.

A.C. 1255.

p. 132.

Maluimus in aula manere cum monacho Armeno, qui se Sergium nominabat, mihi que dixit, se die Epiphaniæ Domini Mangu-Cano salutis aquam aspersurum. Orabam eum, ut liceret mihi hanc videre scenam, & in tempore locoque hujus testem agere: spondit. Cum dies ille venisset, in palatium acciti sumus cum Presbyteris Nestorianis; sed hi quidem convivio accipiebantur: nos autem redibamus cum Sergio, quem mendacii pudebat sui. Nihilominus Nestoriani quidam jurejurando mihi asseve-

Hist. Ecclesiast. Tom. XXI.

N ra-

Sæcul. XIII.
A.C. 1255.

p. 195.

rabant, Mangu-Canum fonte lufrali
fuisse tinctum: At, Non credo, ajebam:
rem vidisse me opus foret, ut dicerem.
Sergius se Sacerdotem fingeat esse,
cum sacrum Ordinem haberet nullum,
& sciret nihil. Pauper tantummodo
textor erat, ut postea comperi ejus re-
gionem peragrans.

p. 195.

Imminente Paschatis die, quæ hoc
anno 1254. duodecima Aprilis erat, ma-
gnopere mihi, ut sacrum facerem, in-
stabant Christiani, quotquot ex variis
gentibus Caracari agebant, Hungari,
Alani, Russi, Georgiani, & Armeni.
Audiui eorum confessiones per interpre-
tem, Deique præcepta, & præparationes
ad hoc Sacramentum necessarias, quam
poteram, optime illis exposui. Die Cœ-
næ Domini sacris operabar in baptisterio
Nestorianorum, ubi altare stabat. His
Patriarcha suos Bagdetia miserat ingens
corium quadratum sacro unctum chrisma-
te, quod eis pro ara portatu facili servit.
Utebar eorum calice patenaque argentea,
quæ duo vasa prægrandia erant. Etiam
die Paschatis Divinum peregi sacrificium,
& populo sacram communionem præbui.
In pervigilio Paschatis plures quam sexa-
ginta homines baptismum pulcherrimo
ordine acceperunt, quæ res Christianos
omnes magno affecit gaudio.

§. XXI.

§. XXI.

*Colloquium cum Tuinianis.*Sæcul. XIII.
A. C. 1255.

p. 224.

Die sabbati 30. Maji in pervigilio Pentecostes inter Christianos, Saracenos ac Tuimianos seu Tartaros idolorum cultores disceptatio habebatur jussu Mangucani, quibus argumentis suam quæque pars Religionem defenderet, cognituri. Tanquam arbitros controversiæ tres eorum, qui a secretis ipsi erant, unum de qualibet Religione misit, & mox edici voluit capite sancitum, nequis alium offenderet, aut turbas cieret, quæ disputationi obstarent. Christianis suam mihi causam demandantibus, certamen cum Tuinianis incepti, qui suorum aliquem ex Catai seu China eo delatum mihi opponebant. Rogabat ille, quam quæstionem primo discuteremus, utrum illam, quomodo mundus sit conditus, an hanc quid fiant animæ post mortem hominum? Initium capturus erat ab his duabus quæstionibus, in quibus fortissimum se putabat: nam Tuiniani cum Manichæis duo principia, bonum alterum, alterum malum credunt, & animas in alia aliaque corpora transmigrare. Respondi, ordiendum nobis esse a Deo rerum omnium principio: & arbitros assentientes habui.

N 2

Dixi

Sæcul. XIII.

A.C. 1255.

Dixi proin nos firmiter credere, unicum esse Deum eundemque perfectissimum: & quid illi de eo crederent, quaesivi. Desipit, inquiebant, qui non nisi unicum credit Deum. Nonne magni vestra in regione Principes sunt, & hoc in loco est quidam cæteris omnibus major, scilicet Mangu-Canus? Atqui eadem Deorum est ratio. Minime, ajebam: alioquin quilibet Princeps in sua terra posset vocari Deus. Ac eorum comparisonem refellere paranti mihi obstabant fervide sciscitando, quis igitur esset hic Deus unicus? Est ille, retuli, qui potentia immensa pollet, nec alterius cujusquam ope indiget. Contra inter homines nemo potest omnia: ideo quam plurimi Principes in terris dantur. Præterea Deus non eget auxilio, cum novorit omnia, & omnis sapientia scientiaque ab ipso proveniat. Non opus habet bonis nostris, quia in ipso vivimus & sumus.

Probe scimus, ajebant, esse in caelo supremum aliquem Deum (cujus origo nos latet) decemque alios sub illo, & quendam his inferiorem. At in terra eorum infinitus est numerus. Plures ejusmodi fabulas volebant addere. Sed ego percontabar, utrum Magnus ille caeli Deus rerum omnium esset potens, an suam potentiam haberet ab alio? Respon-

Sæcul. XIII.
A.C. 1255.

sponsi loco, Si Deus tuus, inquiebant, est talis, qualem dicis; cur dimidiam rerum malarum partem fecit? Falsum est, reposui: qui malum fecit, nequit esse Deus: cessaret Deus esse, si author mali foret. His verbis attoniti omnes Tuiniani scitabantur, unde igitur veniret malum? Quærite prius, quid sit malum, ajebam: & ante hanc ipsam quæstionem dicite, an credatis esse aliquem Deum interminata potentia præditum! Cum tacerent, responsum poscentibus arbitris in angustias compulsi aperte negabant dari Deum infinite potentem; atque Saracenis omnibus risum movebant. Dein ego ad Tuinianos; ergo nullus ex Diis vestris vos cunctis a malis tuendo par est; nec vos tot Dominis servire potestis. Nihil ad hæc illi.

Volebam pergere, ac divinam unius naturæ Triadem probare; cum Nestoriani, ut & ipsi suas explerent vices, disputare cœperunt cum Saracenis, nihil aliud reponentibus, quam se habere pro certo, quidquid contineret Evangelium; se Deum profiteri unicum, & hanc ab eo gratiam flagitare, ut tanquam Christiani e vita decederent. Dum vero sanctissimæ Triadis mysterium per comparationes explicabant Nestoriani, audiebantur placide, nec adversarium habebant: sed nemo significabat se velle Chri-

Sæul. XIII.
Ac. C. 1255.

p. 233.

ftianum fieri. Finito colloquio Nestoriani simul & Saraceni clara cantabant voce; Tuiniani summum tenebant silentium; sed omnes largiter potabant.

Ipsa Pentecostes die Mangu-Can in conspectum me suum venire passus, inter alia dicebat: Nos Mogoles credimus unicum esse Deum; per hunc nos vivere ac mori; in hunc animos nostros omni studio ferri. Hic vobis Christianis scripturam, cui morem non geritis, nobis hariolos dedit, quorum mandata conficimus. Postea loquenti de habitu meo, & quousque deduci vellem, scitanti, usque ad terras Regis Armeniæ, respondebam, epistolam ad te mittendam me delaturum spondens. Accepimus eam exeunte Junio, & quæ memoratu digniora continet, sunt ista: Quidam David nomine, qui tanquam Mogolum Legatus te adiit, mendax deceptor erat. Legati, quos cum eo ad Ken-Canum miserat, post hujus mortem demum in aulam advenere; ac ejus vidua per illos textum sericum & litteras ad te misit. At quomodo de pacis negotiis quidquam scire potuit hæc mulier cane vilior? Cætera in litteris Mangu-Cani tendebant ad offerendam tibi pacem, si posceres, & ad minitandum tibi, si tuis armis la-cesseretur.

p. 232.
Sup. Lib. 83.
§. 12.

§. XXII.

§. XXII.

*Rubruquisii reditus.*Sæcul. XIII.
A. C. 1255.

Rubruquisius in reliqua narratione sua
singula reditus sui capita recenset. p. 255.

Mangu-Canum reliquit die decimo quin-
to circiter post festum S. Joannis, nem- p. 265.

pe sub octavum Julii An. 1254. Bati
Aulam attigit eodem die, quo ante an- p. 277.

num ex ea discesserat, nimirum 14. Se-
ptembris. Natalitias Christi ferias egit
Naxivæ Armeniæ urbe antehac amplif-
sima, sed a Tartaris adeo vastata, ut de
templis octingentis duo tantum, eaque
parva superessent. Inde abiit octavo E- p. 281.

A. C. 1255.

Prima jejunii verni Dominica 14. Febr.
advenit Arsinganum in terra Sultani Ico-
niensis situm. Dominica *Quasimodo* 4. p. 287.

Aprilis Cæsaream Cappadociæ, ac pri-
die Ascensionis Curium Ciliciæ portum
contigit, ubi usque ad ferias Penteco-
stes & amplius hæsit. Tum in Cyprum
transmisit. Ibi, ait, in Provincialem
Ministrum nostrum incidi, & cum eo An-
tiochiam veni, quæ in tristi esse statu
mihi videbatur. Traducto hic S. Petri
festo, venimus Tripolin Syriæ, ubi die
Assumptæ in coelum Virgineæ Matri sa-
cro comitia habuimus.

N 4

Inde

Sæcul. XIII.

A. C. 1256.

Inde in cœnobium Ptolemaidis misit Minister Provincialis, nec unquam consensit, ut ex animi sententia te salutatum abirem; sed per hunc tabellarium ad te scribere iussus, obedientiam abjicere non audebam. Sic finitur relatio Fratris Guilielmi Rubruquisii. Dat simul aliquas Regi notitias status Turciæ, Græciæque ac Hungariæ: dicitque, si Papa ut Christianorum caput ad Tartaros tanquam Legatum mitteret quendam Episcopum, aliumve magnæ dignitatis virum, hunc multo æquioribus usurum auribus esse, quam simplices Religiosos.

§. XXIII.

Joannes Parmensis exauthoratus.

A. C. 1256.

Vading.

1256. n. 2.

Boll. to. 8.

p. 63.

Festo Purificationis die 2. Febr. an. 1256. Fratres Minores Romæ in cœnobio, cui nomen *Ara cæli*, præsentè Papa Alexandro IV. generalia celebrabant comitia. Magnæ querelæ de Joanne Parmensi septimo Ordinis Ministro Generali jactabantur. Accusatus fuerat,
 1. quod solum S. Francisci testamentum spectans, idque clarissimum, nec aliam declarationem opus esse perhibens reprehenderet illos, qui explicationes regulæ darent laudarentque declarationes per summos Pontifices aut Doctores factas.
 2. Quod observari vellet hoc testamentum

tum tanquam eandem cum regula rem, Sæcul. XIII.
 a S. Francisco post accepta stigmata di- A. C. 1256.
 ctatam, ideoque maxima dignam reve-
 rentia. 3. Quod velut prophetico spiri-
 tu præditus diceret, Ordinem duas in
 partes, eorum nempe, qui regulam fi-
 deliter colerent, ac illorum, qui decla-
 rationes & privilegia peterent, divisum
 iri, venturamque demum esse congrega-
 tionem pauperum, qui regulam examuf-
 sim sint secuturi. 4. & gravius, quod
 non esset puræ fidei, opinionibus Abba-
 tis Joachimi nimium tribueret, quin et-
 iam hujus scripta contra Petrum Lom-
 bardum tueretur. 5. denique, quod
 duo ex ejus fociis Leonardus Gerardus-
 que Abbatem Joachimum supra modum
 efferrent ac defenderent.

Papa igitur animos exacerbatos, ac
 præcipuos Ordinis viros contra Ministrum
 Generalem ita conspirantes videns, ut ad
 officium reduci requirent, comitia indi-
 xit, & Joannem Parmensem prius mo-
 nuit, ut officium abdicaret, nec conti-
 nuari pateretur, etiamsi electores id vel-
 lent. Quibus congregatis Joannes di-
 gnitatem deposuit, suam alios regendi
 imperitiam, molestias sibi allatas ætatem
 jam provectam causatus. Multis recla-
 mantibus perstitit in sententia, immuni-
 tatem postulans, & ut ipsum denuo eli-
 gere ne somniarent quidem. Interea,

Sæcul. XIII.
A. C. 1255.

quid Papam inter ac Joannem actum esset, inscii ad hunc iterum sibi præficiendum obstinabant animos, donec Papa alium cooptari iussit. Tum Joannes rogatus, ut, quem hoc munere dignum censeret, ediceret, Fratrem Bonaventuram nominabat tunc Parisiis docentem, qui proin una omnium voce electus fuit. Finitis comitiis Papa præcepit, ut Fratres 12. Augusti officio duplici S. Claræ colerent, anno priore 19. Octobris in Cœlitum numero repositam. Vigesimo Februarii an. 1256. Papa orantibus quibusdam Joannis adversariis confirmavit explicationem regulæ ab Innocentio IV. datam, quod non tantum Joanni, verum etiam cunctis Fratribus observantiæ puræ studiosis displicuit.

Rayn. 1255.

no. 20.

Vading n. 9.

Bullar.

Alex. IV.

Const. 3.

Vading.
script. p. 323.

Joannis Parmensis adversarii etiam conabantur suppressere Gesta S. Francisci, quæ Thomas Celanius addiderat illis, quæ primum contexuerat, & quæ restant etiamnum, ac vulgo *Legenda* (seu vitæ descriptio) *antiqua* vocantur. Illud vero additamentum fecerat precantibus duobus ultimis Ministris Generalibus Crescentio ac Joanne Parmensi, eoque collegerat, quæ viderat ipse audieratque, ad regulam ex mente S. Francisci fideliter observandam spectantia. Iidem adversarii vitam hujus Sancti denuo describendam curarunt, ut postea videbimus.

§. XXIV.

§. XXIV.

*S. Bonaventuræ initia.*Sæcul. XIII.
A.C. 1256.

Balneum Regis in Hetruria Summo Pontifici subditum an. 1221. Bonaventuræ octavo Fratrum Minorum Ministro Generali cunas dedit. In baptismo nomen Joannis nactus, cum quatuor annorum esset, gravem in morbum incidit. Itaque mater eum sua in preces S. Francisci etiamnum viventis commendabat, promittens fore, ut eum, si convalescat, ipsi in disciplinam tradat. Vir Dei pro infante precatus, & mox sanatum videns exclamabat italice: *O buona ventura!* O fors egregia! Hæ voces in nomen abibant, quod ei cum nomine Joannis adhæsit: solebat is autem illo vocari nomine, quod ipsum magis distinguebat. Anno 1243. ætatis vigesimo secundo Ordini Minorum ex matris voto se addixit. Brevi ad litterarum studia Parisios missus, ibi celebrem Alexandrum Alensem habuisse Magistrum dicitur: qui juvenis morum candore ac innocentia motus, Adamum in eo non peccasse videri dixit. Bonaventura Doctor erat, & Theologiam tradebat Parisiis, cum in Ministrum Generalem electus est anno vitæ 35. post ingressum Ordinis 13.

Vading. An.
1221. n. 45.*Idem. script.*
p. 61.*Vita ap.*
Sur. 14.
*Jul.**Vading. An.*
1243. n. 2.

§. XXV.

Sæcul. XIII.
A.C. 1256.

§. XXV.

Causa Universitatis Parisiensis.

To. II. Conc.
p. 738.

Duhoulai
p. 295.

Interim ob cæsum Ecclesiæ Carnutensis chori Præfectum Parisiis Concilium celebrabatur. Præsidebat Henricus Archiepiscopus Senonensis: aderantque Episcopi quinque, Guilielmus Aurelianensis, Reginaldus Parisiensis, Vitus Antifiodorensis, Nicolaus Trecensis, Adelemus electus Episcopus Meldensis. Agebatur ibi etiam de controversia Universitatis cum Dominicanis: & partes inducebantur ad cooptandos arbitros, qui fuere quatuor Archiepiscopi, Philippus Bituricensis, Thomas Remensis, Henricus Senonensis, & Odo Rothomagensis. Præstituto partibus die audiebantur earum Procuratores. Dominicani conquerebantur, quod de gremio Universitatis depulsi, & duabus Theologiæ Cathedris diu possessis privati fuerint; quod Doctores cum discipulis suis juraverint, se nunquam passuros esse, Religiosos Mendicantes ad Universitatis corpus pertinere; quod contra ipsorum mendicitatem habuerint conciones, ipsis injurias intulerint, & insultare non desinant. Doctorum nomine Guilielmus de Sancto Amore exponebat, quas ob causas Fratres Mendicantes abacti fuerint; querebatur

batur de censuris, quas hi contra ipsos Sæcul. XIII.
Romæ impetraverint, & postulabat, ut A.C. 1256.
eas retexi curarent.

Arbitri sic statuebant; Fratres duas
duntaxat habebunt scholas. Semper
manebunt separati a corpore Magistro-
rum auditorumque secularium Parisien-
sium, nisi ultro hi eos illuc revocaverint.
Alteri tamen alterorum discipulos reci-
pient. Fratres abdicabunt omne jus ac-
ceptum ex litteris huic sanctioni contra-
riis, seu per se, seu per alios obtentis,
vel obtinendis: & curabunt retexi sen-
tentias, quæ dicuntur latae contra secu-
lares, qui nollent ipsos recipere. Fra-
tres ob dissidia præterita nec Universita-
tem, nec privatum quenquam molestia
ulla afficient. Cæterum hæc eorum a
secularibus separatio propter bonum pa-
cis est facta, non quod in illis vitupera-
bile quidpiam invenerimus. Hæc sunt
præcipua puncta sententiæ arbitrariæ,
quæ præfixa tenet nomina quatuor Ar-
chiepiscoporum, & scripta est 1. Martii
an. 1255. scilicet an. 1256. ante Pascha.

Sed tertio Martii Papa Alexander ad
Episcopum Parisiensem Romæ litteras
dedit sic inchoatas: *De quibusdam Ma-*
gistris; in quibus cum Satanæ filios ac
hostes pietatis vocasset Doctores ac di-
scipulos illos, qui se Dominicanis oppo-
nerent, ac ne stips eis præberetur, ob-
starent,

Sæcul. XIII.
A. C. 1256.

starent, Episcopum iussit anathema contorquere in omnes illos, qui alios a confessione facienda his Fratribus, siquidem istis Papa, vel Legatus ejus, aut Episcopus, vel Parochus potestatem fecerit, vel ab audiendis eorum concionibus lectionibusve averterent, aut eis ingressum in scholas lectionum & disputationum tempore denegarent. Post mensis spatium 4. Aprilis Papa Universitati per epistolam exprobravit, quod constitutionem scholæ suæ conservandæ gratia factam (intelligo diploma: *Quasi lignum vitæ*) non observaverit. Hoc adscribit privatis quibusdam (inter alios Guilielmo de Sancto Amore) qui reliquos subornassent, & Universitati, nisi obedientiam præstet, pœnas minatur. Post dies octo Papa Regem S. Ludovicum per litteras oravit, ut Episcopo validam commodaret manum ad coërcendam Academicorum contra Dominicanos insolentiam. Hæ tres epistolæ videntur esse scriptæ, antequam Papa sciret compositionem Parisiis factam.

§. XXVI.

Eremitæ S. Augustini.

Eodem tempore Papa Alexander quinque Eremitarum Congregationes, duas S. Guilielmi, tres S. Augustini, unum

num in corpus redegit. Hic S. Guilielmus est Malavallensis ille abhinc centum circiter annos mortuus, cujus imitatores duas Congregationes formarunt: ejus nomen servabat altera: altera aliud a monte Fabalio sumpsit. Suum quæque Præpositum Generalem habebat: sed utraque observabat regulam S. Benedicti, postquam Papa Gregorius IX. hanc ambabus permiserat. Tres reliquæ Congregationes S. Augustini regulam sequebantur, ab eodem Sancto, a B. Joanne Bono, & a Bricina nomen adeptæ. Dudum vero multi in Europa Eremitæ conspiciebantur, qui se S. Augustini regulam sequi dicebant. Joannes Bonus est Eremita ille Mantuanus, de quo suo loco mentionem feci: obiit 23. Oct. 1249. & Papa Innocentius IV. urbis ac Episcopi Mantuani rogatu Albertum Episcopum Mutinensem in illius vitam & miracula inquirere jussit per litteras 17. Jun. an. 1251. datas. Congregatio de Bricina nomen traxit a solitudine sua in Diœcesi Fanensi & in agro Anconitano sita: & Papa Gregorius IX. an. 1238. S. Augustini regulam concessit aliam approbatam non habenti.

Hæ quinque Congregationes erant, quas Papa Alexander conjungendas suscepit. Imperavit igitur, ut duos e quovis coenobio fratres plena potestate munitos

Sæcul. XIII.

A C 1256

Boll. 10.

Febr. to. 4.

p. 472. Sup.

Lib. 70. §. 19.

Sup. lib. 81.

§. 4.

Bzov. 1249.

n. 11.

Bullar.

Alex. IV.

Consl. 6.

Sæcul. XIII.
A.C. 1256. nitos Romam mitterent. Tum negotii
curatorem illis dedit Richardum Cardina-
nalem Diaconum a S. Angelo, qui ad
comitia generalia convocatos, ex com-
muni consensu ad æqualem unius regu-
læ observantiam sub Præpositum quen-
dam Generalem redegit, quem eligendum
Cardinali tunc quidem relinquebant.

Sup. Lib. 81. Abdicata bonorum immobilium possessio-
§. 4. de nuncupatum perfectæ paupertatis vo-
tum exercere porro, sed ab imposita sibi
baculos gestandi necessitate absolvi vo-
lebant. Cardinalis in utrumque confen-
tiens, unico jam Ordini Eremitarum S.
Augustini primum Præpositum Generalem
Lanfrancum constituit. Papa 9. Aprilis
an. 1256. per diploma suum rem totam
ratam habuit. Et hæc fuit origo Reli-
giosorum S. Augustini Mendicantium.

Boll. p. 477. Ac Guilielmitæ hac in conjunctio-
ne haud diu persistere. Ab instituto S. Gui-
lielmi & a S. Benedicti regula, quam
Gregorius IX. & Innocentius IV. ipsis
permiserant, abstractos se cum dolerent,
Alexandrum IV. orando ita flectebant,
ut ipsos sicut antea sub peculiari suo Præ-
posito Generali vivere pateretur.

§. XXVII.

Joannes Parmensis condemnatur.

Sæcul. XIII.

A. C. 1256.

Cum primum S. Bonaventura Romam venisset ut Ordinis sui Minister Generalis, Joannis Parmensis adversarii urgebant, ut in hunc & hujus socios tanquam de fide perperam sentientes inquireret. Producebantur puncta complura ex eorum operibus excerpta: sed post examen serium nihil, quod fidem læderet, deprehensum fuit. Ventum denique ad præcipuum accusationis caput, & rogabantur, quid sentirent de Abbate Joachimo & doctrina ejus? Laudabant virum, & obfirmatis animis asserebant, eum nihil falsi docuisse de naturæ divinae unitate, ac personarum triade (hoc quippe mysterium erat, de quo maxime agebatur) ejus sensa fuisse consentanea doctrinæ Patrum & Conciliorum; ac Lateranense novam rei decisionem omittere potuisse. Inter duos Joannis Parmensis socios asperior, fervidiorque, seu objiceret, seu responderet, sed & doctior Gerardus erat, qui Theologiam per aliquot annos jam tradiderat. Tandem ambo, cum pertinaciter sententiis suis adhærerent, a Judicibus ad perpetuum damnati carcerem cum gaudio adierunt, se veritatis causa exagitatos rati. Leo-

*Vading. n. 5.**Vita ap.**Boll. to. 8.**p. 64.**Hist. Ecclesiast. Tom. XXI. O nar-*

Sæc. XIII. A.C. 1256. nardus ibi vitam posuit, Gerardum post decem & octo annos S. Bonaventura emisit.

Parvum Hetruriæ coenobium erat, in quo Joannis Parmensis causam cognoscebant delecti a Bonaventura Judices. Papa rei curam commisit Cardinali Joanni Cajetano de Ursinis, qui postea Pontifex evasit Maximus. Nihil in Joanne culpæ inventum, nisi quod Abbati Joachimo, & hujus doctrinæ nimium additus esset: ac demum ad diuturnum carceris squalorem condemnatus fuit. Sed interveniebant epistolæ, quas Cardinalis Ottobonus Innocentii IV. nepos (postmodo & ipse Papa) Cardinali Cajetano & S. Bonaventuræ scripserat, de fide Joannis Parmensis sponsorem agens, indicansque, se, quidquid huic Religioso fieret, sibi factum esse crediturum. Cum Cardinalem Cajetanum hæ litteræ commovissent, sententia executioni data non est; ac Minister Generalis Joanni detulit optionem loci, quem vellet incolere. Elegit angustum coenobium Grecchianum prope Reate, ibique annos triginta duos permansit.

§. XXVIII.

Sæcul. XIII.
A. C. 1256.*Mors Guilielmi Batavi Romanorum
Regis.*

Inchoato hoc anno 1256. Guilielmus Batavus Rex Romanorum misere interiit Frisones bello petens. Dum armatus supra paludem frigore constrictam iter facit, sub pedibus equi sui pariter lorica fracta glacie, quo magis conatur evadere, hoc altius defidit. Superveniunt Frisones, & magno redemptionis pretio nequicquam oblato multis confossum ictibus in frustra concidunt. Talem hic Princeps mortem oppetiit exeunte Januario: de qua edoctum Papam poenitebat scilicet, inquit Matthæus Paris, immensas pecuniæ summas in ejus subsidium infumisse. Timebat etiam, ne parvulum Conradinum in Imperatorem eligerent multi Germaniæ Principes, quos illius Patri Conrado, ac universæ domui Suevicæ centum viginti propemodum annos regnanti favere cognoverat.

*Annual. Ste-
ron.*

p. 793.

Igitur electionis tempus imminere ratus. 28. Jul. 1256. Electori Archiepiscopo Moguntino scripsit in hanc sententiam. Negotii hujus gravitas attentionem singulararem, & maturam deliberationem postulat, præsertim, ut eligatur Vir fidelis ac devotus Ecclesiæ, & cujus Majoris

*ap. Rayn.**n. 3.**Bullar. A-**lex. IV.**Const. 7.*

Sæcul. XIII.
A.C. 1256.

res similiter comparati fuerint. Scis autem, qualem reverentiam Imperator Fridericus, & Majores ejus Ecclesiæ matri suæ exhibuerint, & qualem huic gratiam pro beneficijs acceptis retulerint. Sic illam tractabant, quasi pessundare vel-
lent & crudelitate omnes cæteros ejus hostes superabant. Unde colligi potest, quid sit sperandum, si qua huic familiæ potentia restet, cum arbor mala non nisi malos ferat fructus. Itaque de parvulo Conradino nihil cogitandum, nec ullo modo eligendus is est, quippe qui ob teneram nimis ætatem suam nec consentire in suffragia, nec tueri Ecclesiam, nec functiones regias exercere posset. Quocirca proscriptionis sententia jam nunc in te, ni pareas, lata sancimus, ne illum eligas: & antequam ferantur suffragia, eandem inhibitionem nostro nomine facies cunctis reliquis Electoribus tam sacris quam profanis. Eadem epistola Archiepiscopi Trevirensi & Coloniensi mittebatur. Sed electio sequentem demum anno facta est.

Sup. Lib. 83.

§. 23.

Addit. ad

Lambert.

Pistor. to. 1.

p. 158.

Archiepiscopus Moguntinus erat Gerardus, qui hanc sedem quinquennio tenebat, & a Guilielmo Batavo semper steterat. Hunc Præsulem hoc anno 1256. una cum agnato suo Comite Ebersteinio ab Alberto Brunsvici Duce, quem Comes offenderat, captum, & anni spatio

asser-

asservatum in carcere tandem Richardus Sæcul. XIII.
Cornubiæ Comes, Regis Angliæ frater, A.C. 1256.
in libertatem asseruit, ut Imperator fie-
ret, Electoribus multas largiens pecu-
nias, & octies mille selibris illum redi-
mens, cujus captivitas electionem Regis
Romanorum sine dubio retardabat.

§. XXIX.

Causa Universitatis Parisiensis.

Cum Papa Alexander transactionem
inter Universitatem Parisiensem ac
Dominicanos ex autoritate quatuor Ar-
chiepiscoporum factam comperisset, ad
Episcopum Parisiensem dedit litteras, qui-
bus initium: *Cunctis processibus, & per Vading.*
quas aperte pro Dominicanis contra Do- 1256. n. 26.
ctores se declarat. Hos asperis objurgat *Duboulai*
verbis, quod diploma *Quasi lignum vitæ,* p. 302.
ac Episcoporum, quibus ejus executio
injuncta esset, sententias non observave-
rint; arguitque malæ fidei, quia corpus
Universitatis dissolutum esse causati, le-
ctiones suas meram per malitiam suspen-
derint. Dicit, Fratres invitos & Docto-
rum ludibriis, injuriisque fatigatos per
imprudenciam & sine consensu sanctæ
Sedis iniisse compositionem: Doctores
ipso hanc violasse obstitendo iis, qui
conciones lectionesque Fratrum audire,
vel fratris Thomæ Aquinatis principio
inter-

Sæcul. XIII.
A. C. 1256.

interesse voluerint. Sic vocabatur actus Theologiæ publicus, qui simplices in ritus & formulas degeneraverat. Fratres, adjungit Papa, colendæ cum omnibus pacis cupidi & inimicorum amantes supplicarunt nobis, ut sententias in Doctores ac discipulos propter se latas finito jam diffidio retexeremus. At neglectis eorum precibus hanc transactionem, nobis inconsultis temere factam, in se injustam, & constitutioni nostræ, quam sancte observari volumus, oppositam omnino rejecimus.

E contrario, ne tam detestabilis contra Ecclesiam Romanam rebellio pernicioso sit exemplo, Guilielmum de Sancto Amore, Odonem Duacensem, Nicolaum de Bario ad Albulam, & Christianum Canonicum Bellovacensem, tanquam præcipuos seditionis hujus auctores cunctis dignitatibus, beneficiis, ac Doctorum functionibus privamus. Atque si contra inhibitionem nostram docere vel cathedram conscendere audeant, indignos ullo beneficio declaramus, & tota ex Francia ejici jubemus. Tum sacrum fulmen intentat Episcopo, nisi has litteras Parisiis promulgari, & Doctorum rebellium beneficiis providere collatores jubeat. Dabat 17 Junii. Silentio, quod notari meretur, præterit Archiepiscopus compositionis a se damnatæ arbitros. Regi quoque S. Ludo-

*Bulla: Verae
fidei. Va-
ding. n. 28.
Duboulai
p. 306.*

S. Ludovico scripsit, orans, ut easdem literas executioni dandas curet, Doctores feditiosos submoveat, impediaturque, ne Schola Parisiensis dissipetur, aut alio transferatur.

Interim Archiepiscopus Senonensis concilium Parisiis celebrabat, cui Episcopi duodecim aderant; sex e provincia Remensi, scilicet Sueffionensis, Bellovacensis, Noviodunensis, Atrebatensis, Ambianensis, ac Tarvannensis; totidem e Senonensi provincia, Carnutensis, Parisiensis, Aurelianensis, Meldensis, Trecentis, & Niverniensis. Hoc in concilio Ordinis Prædicatorum Magister querebatur, quosdam Theologiæ Doctores sæculares docuisse palam, & in templo ex suggestu dixisse complura falsa & in bonos mores errata, quorum aliqua Ordini suo in damnum cederent. Præsules accivere Doctores Guilielmum de Sancto Amore, ac Laurentium Parisiis Theologiam tradentes cum aliis quibusdam hominibus probis in litterarum studio versantibus; rogabantque Guilielmum, an docuisset errores aliquos, vel Prædicatorum Ordinem a summo Pontifice approbatum vituperasset. Negabat ille, dicebatque se paratum, quæ dixisset, defendere, si vera essent, aut retractare, si corrigi mererentur. Præsules inita deliberatione offerebant se ad habendum concilium, quo

Sæcul. XIII.

A. C. 1256.

G. S. Am.

repons.

p. 106.

Duboulaî

p. 309.

Sæcul. XIII. vicinarum provinciarum Theologos con-
A.C. 1256. vocarent; quærebantque ex partibus, an
 observaturæ sint ea, quæ hoc concilium
 statuerit. Guilielmus id accepit cum
 gaudio, & genibus pronis supplex effli-
 ctim petiit tam suo quam reliquorum Do-
 ctorum nomine, emendationem, quæ con-
 cilio placuisset, etiam sibi & ipsis placi-
 turam spondens. Sed Fratrum Prædi-
 catorum Magister ejusque focii perhibe-
 bant, sibi aliud videri; & illi concilio in
 sola provincia Senonensi authoritatem
 fore: Ordinem vero suum, cujus existi-
 matio læsa esset, per omnia se regna por-
 rigere. Guilielmus tamen Universitatis
 nomine supplicavit Præsulibus, ut peri-
 cula dolosis a concionatoribus Ecclesiæ
 Gallicæ imminencia investigarent, & a-
 vertere conarentur. Testantur id trede-
 cim Præsules in suis litteris patentibus,
 quas ultimo Julii an. 1256 ediderunt.

§. XXX.

*Liber de periculis temporum novis-
simorum.*

Guilielmus de Sancto Amore hoc ipso
 anno & orantibus quidem Episcopis,
 ut aiebat, reapse composuit librum, quem
 inscripsit: Pericula novissimorum tempo-
 rum; alludens ad quendam S. Pauli lo-
 cum, quem explicandum sibi sumit. Vi-
 de,

p. 109.

2. Tim. 3. 1.

de, quomodo propositum declaret suum. *Sæcul. XIII.*
 In Ecclesia erunt multa eademque ma- *A.C. 1256.*
 gna pericula: sed quænam illa? Per quod
 hominum genus venient? Quomodo id
 comparatum erit ad illa inferenda, &
 quam inibit viam? Docebimus hæc sin- *p. 19.*
 gula, & ostendemus simul, eos, qui non
 præviderint illa, vel non caverint, in eis-
 dem perituros esse. Instare illa, nec dif-
 ferendam eorum indaginem ac remotio-
 nem. Quinam sint ii, qui præsentire il-
 la, & Christianis indicare debeant; &
 qualis eorum poena, ni faciant, futura sit.
 Quibus modis & illa averti, & cognosci
 possint homines ea allaturi. Contra ne- *p. 20.*
 minem singulariter, nec adversus Ordinem
 quempiam ab Ecclesia probatum se
 velle loqui enunciat; sed haud sincere:
 nam in hoc opere toto Religiosos Mendi-
 cantes, & speciatim Dominicanos desi-
 gnat tam clare, velut si eos nominaret;
 ac evidens est, nihil eum aliud voluisse,
 quam de illorum fama detrahere.

En propositiones, quæ hoc in libro *p. 24.*
 notatu digniores mihi videntur. Fal-
 lunt omnes Concionatores non missi,
 quantumvis docti sanctique, etiamsi mi-
 racula ederent. Sed in Ecclesia missio *disc. 21. c. 2.*
 legitima non fit nisi ab Episcopis & Pa-
 rochis: Episcopi Apostolorum, Sacerdo-
 tes duorum ac septuaginta discipulorum
 locum tenent. Ad verbi divini præeco- *p. 25.*
 nium,

Sæcul. XIII.
A.C. 1256.

nium, inquit, sufficit habere authoritatem Pontificis Maximi, vel Episcopi Diocesani. At si Papa quibusdam dat potestatem concionandi ubique, intelligenda est de locis, in quæ invitati fuerint; quia ipsis Episcopis non nisi hoc in casu licet extra dioceses suas aliquam functionem agere. Papa in se ipsum iniquus foret, si turbaret jura suorum Fratrum Episcoporum. Nec est verisimile, illum de rebus divinis ad populos dicendi copiam hominum multitudini non definitæ facere: alioqui hæc esset quasi quædam infinitas Episcoporum universalium. Et quoniam sustentatio debetur illis, qui cum authoritate legitima verbi divini seminem spargunt, id foret populis onus intolerandum imponere.

p. 26.

p. 47.

p. 48. 49.

Si Præsules Apostolorum fallacium conciones cohibere velint, id effectum reddendi ratio maxime compendiarie erit impedire, ne ad vitam necessaria accipiant: sublato enim hoc subsidio, haud diu sacro ex suggestu dicent. Atqui non habent jus victitandi de Evangelio sicut veri Apostoli, cum populum sibi subditum non habeant. Siquis interroget, quidemum mali sit precario victum conquerere: respondeo, mendicato viventes fieri blandos, maledicos, mendaces. Si dicas, ad perfectionem virtutis pertinere pro Christo relictis omnibus stipem colligere:

gere: assero perfectionis esse abdicatis rebus omnibus Christum sequi imitando in exercitio bonorum operum, scilicet laborando, non mendicando. Igitur, qui ad perfectionem aspirat, debet relictis omnibus vitæ alimenta sibi labore manuum comparare, vel cuidam cœnobio nomen dare, quod vitæ subsidia ipsi præbeat. Nusquam legimus, Christum vel Apostolos ejus corrogasse stipem: & quanquam jus habebant petendi victum a populis, quos ex missione legitima docebant, laborabant tamen, ut haberent, unde viverent. Ipsæ leges humanæ mendicos valentes damnant. Verum est, Ecclesiam a longo tempore mendicitatem quorundam Ordinum permittere vel tolerare saltem. Sed hinc non conficitur, eam semper admittendam esse contra S. Pauli verba. Atque si Ecclesia illam per errorem concessit, post agnitam veritatem permissionem suam retractare deberet.

Inter signa fallacium Apostolorum author memorat sequentia. Salutis animarum studio præ pastoribus ordinariis flagrare se simulant. A se illustratam Ecclesiam, peccatumque hinc exterminatum esse gloriantur. Adulantur hominibus commodi sui causa, & in aulis Principum hæerere amant. Utuntur artibus, ut sibi cedant bona temporalia seu viventium seu mortuorum. Clamant contra veritates

Sæcul. XIII.

A. C. 1256.

p. 50. 51.

l. un. cod. de Mend. valid.

p. 61. 62. 66.

p. 63.

Sæcul. XIII. tates sibi contrarias, & has supprimere
 A.C. 1256. student. Litigant, ut recipiantur: nihil
 p. 67. 69. sufferunt: succensent, dum ad convivium
 non satis lautum adhibentur, vel ad exa-
 men vocantur: contra illos, qui hoc at-
 tentant, confurgunt, & potestates profa-
 nas concitant. Expetunt secularium a-
 micitias; ac beneficia & dignitates ec-
 clesiasticas cognatis suis quanquam indi-
 gnis, conferri curant. Quos in viros hæc
 indicia caderent, judicare illorum, qui
 tunc vivebant, erat.

Nang. Chr. Id vero certum est, hunc Guilielmi li-
 1256. Du- brum duntaxat fecisse, ut contentio Uni-
 boulai p. 313. versitatem inter ac Dominicanos efferve-
 sceret. Restincturus illam Rex S. Ludov-
 vicus duos Doctores Joannem ac Petrum
 magnæ existimationis viros de suis in-
 tentionibus satis edoctos Romam misit,
 qui secum ferebant librum a Papa discu-
 tiendum. Quo comperto Universitas
 quoque suorum aliquos illuc legavit, nem-
 pe Guilielmum de Sancto Amore, Odo-
 nem Duacensem, Christianum Canoni-
 cum Bellovacensem, Nicolaum de Bario
 ad Albulam, Joannem Belinum, & Joa-
 nem Gecevillium Anglum Rectorem
 suum, ut liber *Evangelium Æternum* di-
 ctus condemnaretur, effecturos. Etiam
 Dominicani eo miserunt, qui causam in-
 pforum contra Legatos Universitatis de-
 fenderent. At populus illos nulla dona-
 tos

Mat. Par.
 p. 860.

tos stipe ludibrio habebat, simulatores pietatis, præcursores Antichristi, concionatores mendaces, blandos Regum ac Principum consiliarios nuncupans, arguensque, quod pastores ordinarios spernerent, sacri tribunalis fidem fallerent, ac peccandi audaciam foverent, incognitas sibi provincias percurrentes. Ita loquitur Matthæus Paris Religiosis Mendicantibus parum favens.

Sæcul. XIII.

A.C. 1256.

§. XXXI.

Legatio ad novum Imperatorem Græcum.

Interim Papa Alexander Episcopum Urbevitanum ut Legatum ad novum Imperatorem Græcum, qui Theodorus Lascaris vocabatur, misit, negotium de conjungendis Ecclesiis cum ejus patre Joanne Vatacio cœptum resumendi gratia. Mandatum vero, quod Papa Legato dedit, continebat primo puncta, quæ Vatacius Papæ Innocentio IV. proponenda curaverat, scilicet agnitionem principatus sanctæ Sedis & Papæ supra omnes Patriarchas cum jure præsidendi conciliis; Græcorum Clericorum, qui per Præfules suos se vexatos crederent, libertatem appellandi ad Romanam Ecclesiam; quæstionum, præsertim fidei, quæ inter ipsos orirentur delationem ad Sedem Apostoli-

2. ep. 325.

ap. Rayn.

n. 48.

Vading. n. 61

postoli-

Sæcul. XIII.
A. C. 1256.

postolicam; obedientiam ac submissionem Papæ ac decretis ejus exhibendam, dummodo regulis evangelicis, aut conciliorum sanctionibus non sint contraria. Græci cupiebant Imperatori Theodoro Constantinopolim, & Patriarchis suis sedes ipsorum restitui, ita, ut Imperator Balduinus & Latini Patriarchæ inde discederent, excepto Patriarcha Antiochiæ, qui, quamdiu viveret, ibi toleraretur. Papa Innocentius IV. de consilio Cardinalium has in condiciones consenserat.

Attamen de reddendo Imperio nihil se posse non vocato Imperatore Latino statuere causatus, offerebat operam suam ad compositionem inter eum ac Theodorum faciendam: sin minus, se huic, quidquid æquum esset, addicturum spondebat. Ad Patriarchas quod attinet, respondebat, eos relinquendos in statu suo, donec concilium ea de re tulisset sententiam. Promittebat tamen fore, ut Constantinopolitanum Patriarcham Græcum ab eo tempore pro vero Patriarcha habeat, & si quo modo potitum urbe Imperatorem Græcum audierit, ad pristinum Patriarchatus sedem reduci curet, ita tamen, ut etiam Patriarcha Latinus in civitate maneat, suisque præsit.

Papa Alexander permisit, ut Episcopus Urbevetanus Legatus suus has condiciones, si obtinere meliores nequiret, acci-

acciperet, eumque iussit Græcos, si rei
 fusius tractandæ spatium dari cuperent,
 eo adducere, ut Legatos cum plena po-
 testate tam Imperatoris quam Ecclesiæ
 Græcæ Romam mitterent, negotium
 cum Papa præsentibus confecturos. Deni-
 que Legatus habebat copiam dirigendi
 consilia ad generale concilium illis in lo-
 cis celebrandum. Reapse profectus cum
 comitibus suis Beream in Macedonia si-
 tam advenit, ubi aliquamdiu moraban-
 tur. At Georgius Acropolita magnus
 logotheta, quem Imperator Theodorus
 illi provinciæ præfecerat, hoc Principe
 jubente eos remisit. Nec ullum hujus
 legationis effectum vidimus.

Sæcul. XIII.
 A.C. 1256.

Georg.
 Acrop. c. 67.
 p. 77.

§. XXXII.

Liber de periculis condemnatur.

Legati Regis S. Ludovici, & Domini-
 canorum nuncii ante oratores Uni-
 versitatis Parisiensis Anagniam, ubi Papa
 tunc agebat, delati librum de periculis no-
 vissimorum temporum ei tradiderant. Qui
 examinandum commisit quatuor Cardi-
 nalibus, Odoni Castro-Rodolphino Epis-
 copo Tusculano, Joanni Franciogo Pres-
 bytero tit. S. Laurentii, Hugoni a S. Cha-
 ro Presbytero tit. S. Sabinæ Dominicano,
 & Joanni de Urfinis Diacono tit. S. Nico-
 lai. Retulerunt ad Papam, hunc librum
 conti-

Duboulay
 p. 310, 313.

Sæcul. XIII.
A.C. 1256.

p. 317.

G. Nangis
Chr.

continere malas sententias aliquas contra auctoritatem ejus ac Episcoporum, quasdam contra Religiosos Mendicantes, alias contra illos, qui per suum salutis animarum litterarumque studium in Ecclesia plurimum boni præstarent. Denique hunc librum amplam offensionis ac turbarum materiam esse, cum Christianos ab eroganda stipe, aliisque pietatis operibus solitis, & ab ingressu Religiosi Ordinis cujuscumque inhiheret. Idcirco Papa 5 Oct. 1256 litteras patentes confici jussit, per quas hunc librum condemnat ut iniquum, scelestum, ac execrabilem; præcipit, ut, quisquis eum habeat, comburat alioqui proscribendus; prohibet, ne quis eundem ullo modo defendat, vel approbet. Hæc damnatio in Anagniniensi templo Cathedrali publice pronunciata, & liber præsentem Papa concrematus fuit.

§. XXXIII.

Duo Doctores se submitunt.

Duboulay
p. 315.

Vading.
p. 37.

Vix hæc facta erant, cum Universitatis oratores advenerunt. Sed tantum aberat, ut latum retractaretur judicium, ut illi se huic submittere juberentur. Saltem duo eorum, Odo Duacensis, & Christianus Bellovacensis Canonicus in præsentia duorum Cardinalium Hugonis & S. Charo,

S. Charo, & Joannis de Ursinis, complu-
 riumque testium jurabant fore, ut diplo-
 mati *Quasi lignum vitæ* morem gerant;
 ut Fratres Prædicatores Minoresque, no-
 minatim Thomam Aquinatem ac Bona-
 venturam in societatem suam & in cor-
 pus Universitatis recipiant; ut scholam
 Parisiensem dissipari, vel sine Papæ per-
 missu alio transferri neque curent, neque
 patiantur; ut tam in curia Romana, quam
 Parisiis declarent, aut palam e sacro sug-
 gestu edicant, Papam habere jus præco-
 nes evangelii, ac pœnitentiæ admini-
 stros universum per orbem mittendi abs-
 que consensu inferiorum Præsulum vel Pa-
 rochorum. Episcopus inconsultis Paro-
 chis posse suis in Diœcesibus concionan-
 di, & confessiones audiendi copiam face-
 re. Statum mendicitatis amore Christi
 electum esse statum salutis ac perfectio-
 nis; & Religiosis eum amplexis quam-
 vis valentibus licere sine labore manuum
 de stipe vivere, præsertim si ad litteras &
 ministerium verbi divini se applicent.
 Duos eorum Ordines esse bonos & ab Ec-
 clesia probatos; Deumque id declarasse
 per miracula utriusque Ordinis Virorum,
 quos Ecclesia legitime Sanctis anume-
 rasset. Hæc omnia tum dicturos se tum
 facturos esse ambo Doctores Anagninæ in
 Papæ palatio jurati publice promiserunt
 23 Oct. 1256 fuitque res hæc justis-

Hist. Eccles. Tom. XXI.

P. 316. *simæ*

Sæcul. XIII.

A.C. 1256.

P. 316.

Secul. XIII. simæ authoritatis ac fidei tabulis confi-
A.C. 1256. gnata.

§. XXXIV.

S. Thomæ Aquinatis initia.

Sanctus Thomas Aquinas, cujus hic men-
 tio injecta est, sub annum 1225 in lu-
 cem editus originem suam retulit nobi-
 lissimam ad familiam jam inde ab anno
 996 cognitam. Aquinum Campaniæ
 Neapolitano in regno parva quædam urbs
 est, cujus tunc Comes Landolphus com-
 plures habens liberos hunc Thomam fi-
 liolum suum quinquennem informandum
 litteris, & in disciplina monastica educan-
 dum in montem Cassinum misit, eum ibi
 posse aliquando Abbatem fieri sperans.
 Posthæc Landolphus de consilio Præsu-
 lis Cassinensis Thomam adolescentem
 Neapolim misit, ubi Grammaticam iste,
 ac logicam sub Professore Martino, phy-
 sicam sub Petro Hibernico didicit. Erat
 is, ut legimus, primus Rector hujus Uni-
 versitatis ab Imperatore Friderico recens
 conditæ. Ibi Thomas suam ad scientias
 habilitatem monstrare cœperat, cum sa-
 cræ Prædicatorum familiæ in Neapoli-
 tano S. Dominici cœnobio nomen dedit
 anno 1243, ingratis parentum Ordinis
 paupertatem dedignantium: & matre sua
 Neapolim se quæsitum profecta, Romam
 primum,

Boll. to. 6.
p. 657.
Echard.
sum. vine.
p. 212 p. 218.

Boll. p. 660.

Sup. lib. 79.
§. 30.

primum, dein Parisios a Dominicanis est missus.

Sæcul. XIII.
A. C. 1256.

Sed cum in via prope Aquas Tarinas five Aculam ad fontem quiesceret, fratres eum sui ex insidiis captum dimissis quatuor Dominicanis itineris comitibus in arcem Rupis Siccæ patris ditioni subditam duxere, ibique per annum circiter in custodia detinebant. Tentabant eum pluribus modis, ut Ordinem S. Dominici desereret. Lacerari vestem ejus jusserant. At retentis frustis se tegebat potius, quam aliam sumebat. In cubiculum ejus puellam immiserant elegantia formæ, cultu corporis, faceto ingenio, & blandiendi artibus ad fascinandos oculos animumque idoneam. Sed in camino titione arrepto miseram indignans pepulit. Tum per illius acumen formata in muro cruce prostratus humi a Deo donum virginitatis petiit, quam reipsa per omnem vitam suam servavit incolumem. Hoc in castro captivus uni e sororibus suis persuasit, ut res fluxas abdicaret. Quæ Benedictinarum Virginum institutum complexa in Capuano S. Mariæ coenobio Antistita evasit. Eodem in carcere & totum codicem sacrum, & opus Magistri sententiarum legit, & tractatum sophismatum Aristotelis discussit. Tandem, cum mater eum sua noctu e fenestra per funem demitti passa esset quasi rei nescia, expectatum

Sæcul. XIII. tum Dominicani Neapolim reduxerunt
A.C. 1256. anno 1244.

Echard.
P. 213. 227.

Inde mox Romam missus ad quartum Ordinis Magistrum Generalem Joannem Teutonicum tunc in Franciam ire parantem, & ab eo Parisios, dein protinus Coloniam Agrippinam ductus, ibi Theologiæ studium impendit suum sub Alberto postea per cognomen Magni clarissimo. Cum præ solerti attentione acerrimaque meditatione sua continuum teneret silentium, socii stupidum rati, bovem mutum vocabant. Sed Albertus Thomæ perspicacia brevi agnita dixit, progressu temporis fore, ut doctis hujus bovis mugitibus totus terrarum orbis perfonet.

Boll. p. 662.
n. 13.

P. 231.

Festo Pentecostes die an. 1245 generalibus Ordinis comitiis Coloniae celebratis Albertus ad docendum Parisios & Thomas cum eo missus. Confecto curriculo suo cooptatus in Doctorum classem Albertus an. 1248 cum Coloniam rediret, sequentem rursus Thomam habuit. Illic diu commorans docebat magna cum fama. At Thomas Parisios reversus & an. 1253 ibi prima donatus laurea librum sententiarum explicare coepit sub Fratre Eilia Bruneto Doctoris munus obeunte. Anno 1254 honores a Doctorum dignitate proximos nancisci debebat, & lectiones suas tanquam Professor continuare. Sed

Sed Universitatem inter ac Dominicanos Secul. XIII.
 orta diffidia illius gradum retardabant. A.C. 1256.

Quem tamen mense Februario 1256 assecutus cum esset, per Universitatem illi non licuit facere suum principium seu actum necessarium, ut solenni ritu Doctor crearetur. Tum jubente Humberto Romanensi quinto Ordinis Magistro Generali profectus in Italiam se Anagniam ad summum Pontificem contulit, ubi Albertus Magnus jam anni spatio, & S. Bonaventura aderant. Cuncti tres illic Ordines suos contra Guilielmum de Sancto Amore defendere conabantur ac efficere, ut ejus liber de periculis novissimorum temporum damnaretur.

p. 252.

p. 215.

§. XXXV.

*Liber Evangelium Æternum dictus
 condemnatur.*

Contrario Universitatis oratores urgebant damnationem *Evangelii æterni*, quod Joanni Parmensi tribuebatur; & odium libri non in solos Fratres Minores, quorum Minister Generalis fuerat, sed in omnes Religiosos Mendicantes conferebant. Igitur Papa Alexander librum non posse non damnari videns caute voluit, ut Cardinales Hugo a Sancto Charo, ac

Matth. Pav.
 p. 806. 807.

Sæcul. XIII. rarentque flammis tradi. Errores, quos
A.C. 1256. continebat, in puncta viginti septem re-
 dacti sunt, ut refert Inquisitor Emericus
 ejusdem Ordinis Religiosus, qui centum
 annis posterior vivebat. Illorum sum-
 mam vide!

Abbatis Joachimi Doctrina doctrinæ
 Christi, & quod consequitur, veteri novæ-
 que legi præstat. Nam Christi evangelium,
 & nova lex non ducit ad perfectionem:
 debet aboleri ut prisca; nec durabit nisi
 usque ad annum 1260. Hic tertius or-
 bis status erit tempus Spiritus Sancti: qui
 tunc vivent, in statu perfectionis vivent:
 aliud evangelium erit, aliudque sacerdo-
 tium, & concionatores hujus ultimi sta-
 tus majorem habebunt authoritatem,
 quam oratores Ecclesiæ primitivæ. Non
 spiritualis, sed litterarii duntaxat novæ
 legis sensus intelligentia Papæ concredi-
 ta fuit. Recte agebant Græci, dum se
 ab Ecclesia Romana disjungebant; & ma-
 gis sequuntur spiritum, quam Latini:
 quemadmodum Filius operatur saluti La-
 tinorum, sic Pater æternus Græcorum
 saluti operatur. Quantacunque Deus
 calamitate Judæos hoc in orbe affligat,
 conservabit tamen eos, & quamvis in se-
 cta sua permaneant, demum ab omnibus
 reliquorum hominum injuriis liberabit.
 Christus & Apostoli non fuere perfecti in
 vita contemplativa: hæc a tempore Ab-
 batis

batis Joachimi denique fructus parere ^{Sæcul. XIII.}
 cœpit: eo usque activa tantum vita erat ^{A. C. 1256.}
 utilis; qualis modo non est amplius:
 quamobrem Clericatus cessabit; & in-
 ter Religiosos eminebit Ordo cæteris cun-
 ctis dignior, prædictus a Psalmista ca-
 nente: *Funes ceciderunt mihi in præclaris:* ^{Psal. 15. v. 6.}
etenim hæreditas mea præclara est mihi. Nec
 ullus homo mere homo aliis spiritualia
 docendis idoneus est, nisi nudis eat pedi-
 bus. Sic duo habemus indicia, cujus Or-
 dinis fuerit author *Evangelii Æterni.*

Dicebat etiam: Hujus tertii generis
 homines, nempe Religiosi, non tenentur,
 ut alii, pro tuenda fide se morti expone-
 re: quando vexabuntur a Clero, transi-
 bunt ad ethnicos: timendumque, ne tran-
 seant, ut eos ad bellum Ecclesiæ Roma-
 næ inferendum inducant, sicut in Apo- ^{Apoc. 17. v. 16}
 calypsi scriptum est. En errata ex *Evan-* ^{Sup. lib. 83.}
gelio Æterno excerpta: Memineris, oportet, Joannem Parmensem ad Græcos ve-
 nisse, ut eos Ecclesiæ Latinæ reconcilia-
 ret. Tunc ejus oculos ferire, animum-
 que commovere potuerant bonæ quæ-
 dam reliquiæ veteris disciplinæ, præser-
 tim frugalitatis paupertatisque Græco-
 rum Episcoporum tam diversæ a fastu &
 magnitudine temporali Episcoporum La-
 tinorum sui seculi. Videbimus postea,
 inter Fratres Minores longo tempore fuis-

Sæcul. XIII. se privatos quosdam Abbatis Joachimi
A. C. 1256. deliramentis captos.

§. XXXVI.

Sicilia Regi Angliæ offertur.

Anon. ap.
Ughell. to 9.
p. 843. 844.

Rayn. an.
1255. n. 8.
Ughell. to. 2.
p. 25.
M. Par.
p. 779.

Papam Alexandrum jam inde ab initio sui pontificatus maxime occupabat bellum suum contra Manfredum, cujus res indies bellius procedebant. Anno priore 1255 Legatus Octavianus partes summi Pontificis debiliores videns ad pactionem venerat, per quam illi Principi ac nepoti ejus Conradino regnum Siculum cedebat, excepto agro Laborino, qui Ecclesiæ maneret obnoxius. Sed Alexander hanc pactionem minime ratam & Siciliæ solium pro vacuo habens, id Anglorum Regi Henrico pro Edmundo altero ipsius filio obtulit, ut jam Innocentius IV. fecerat: & conditiones hujus concessionis statutæ fuerant. Jacobus Bombacambius Episcopus Bononiensis Ord. Prædicatorum a Papa hoc fine missus in Angliam, coram Regni Proceribus magno numero congregatis juvenem Principem Edmundum in possessionem Siciliæ Apuliæque per annulum Papæ nomine illi datum inauguravit post festum S. Lucæ diem scilicet sub finem Octobris anno 1255.

Post

Post spatium mensis venit in Angliam Sæcul. XIII.
 Rustandus Legum Doctor, Hypodiaconus, A. C. 1256.
 Papæ a sacratio, natione Vasco. Huic
 Alexander in mandatis dederat, ut cum p. 785.
 Archiepiscopo Cantuariensi ac Herefordiensi Episcopo in Anglia, Scotia, & Hibernia pro Papa vel Rege sine discrimine decimas colligeret. Fecit eidem potestatem absolvendi Regem a voto sacri belli pro Hierosolyma, ea conditione, ut is in Apuliam contra Manfredum moveret. Rustandus dein Londini & reliqua in Anglia sacrae militiæ classicum adversus Manfredum cani iussit eamque ineuntibus indulgentiam Terræ sanctæ addici; fremente simul ac mirante populo, pro Christianorum ethnicorumque sanguine spargendo eandem promitti veniam. Convocati sunt Angliæ Episcopi eam ob molitionem, ad quam immensas pecuniarum summas ab ipsis Papa poscebat. In conventu Londini habito die S. Hilarii 13 Jan. 1256 Rustandus omnes Ecclesias ad Papam pertinere asseruit. Tum Doctor quidam Leonardus nomine Cleri orator cum modestia, Verum est, inquiebat, cunctas Ecclesias esse Papæ, sed defensionis, non possessionis vel proprietatis causa: sicut dicimus omnia esse Principis, ad tutelam scilicet, non ad dissipationem.

p. 790.

Anniversario lustratæ Virginis die p. 792.
 Rex S. Ludovicus magnum senatum habuit,

Sæcul. XIII.
A.C. 1256.

buit, quo Rex Henricus Legatos misit, inter alios Joannem Manselium unum de fidissimis consiliorum arbitris. Per Franciam transitum ad occupandam Siciliam petiturus erat. Sed accepta notitia de arctis illo in regno Papæ rebus, ne de his loqueretur, obstabat.

Romanam ad aulam Rex Henricus electum Episcopum Sarisburiensem & Abbatem Westmonasterii misit, qui temporis ipsi a Papa præstituti (quod imminabat) prærogationem impetrarent. Quippe sub pœna censurarum se adstrinxerat, ut festo Sancti Michaëlis die 29 Sept. 1256 in Siciliam trajiceret, vel belliducem cum exercitu satis numerofo illuc mitteret. Rustandus ex Anglia discedens, & Archiepiscopus Centronensis se Legatis illis junxerant. Qui Papam permoverunt, ut semestrem dilationem, a primo Decembris ducendo initium, Regi concederet. Epistolam dabat 6 Octobris. Paulo ante nimirum 30 Septembris Rustandum in Aquitania Legatum esse suum, atque Archiepiscopos Burdigalensem, & Ausciensem illi, quanquam Hypodiacono tantum, parere jusserat eo fine, ut ille provinciæ turbas compesceret, ac Terræ sanctæ negotium urgeret, quod Anglorum Rex palam suscepisset. Sic sonant ejus litteræ. At hic sermo haud cohæret cum eo, quod Rustandus in Anglia fecerat.

Rayn. n. 34.

n. 27.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Sæcul. XIII.

A.C. 1256.

Manfredi progressus.

Interim Manfredus indies longius progrediebatur, & per hunc annum 1256 totam pœne Apuliam Siciliamque in potestatem suam redegerat. Fratrem Rufinum Ordinis Minorum, Legati Octaviani Vicarium Generalem, neque minus ipso Legato in Sicilia spectatum Panormi capiendo plures civitates suæ ditionis fecit. Denique Neapolis illum & Capua recepit. Aquila diu ei obstitit, & in remunerationem a Papa Episcopatus honore ornata fuit. Hanc urbem inter Furconium & Amiternum duas veteres civitates dirutas condiderat, vel reparaverat saltem Imperator Fridericus II, privilegiisque donaverat. Incolæ construxerant templum, quod esse cathedrale posset: iisque orantibus Alexander Papa, illuc Episcopatum Furconio transtulit, cujus Antistites Berardus ipsum sanguine contingebat. Litteras dabat 20 Febr. 1257. At demum Aquila, ut reliquæ urbes, Manfredi viribus cessit.

*Anon. p. 845.**Sup. §. I.**Anon. p. 847.**Petr. de Vin. lib. 6. ep. 9.**Ughell. to. p. 424.**Rayn. 1257. n. 45.*

§. XXXVIII.

Sæcul. XIII.
A. C. 1257.

§. XXXVIII.

Duplex electio Regis Romanorum.

*Steron.
Annal.*

*Ep. Urb. IV.
ap. Rayn.
1263. n. 53.
& seqq.*

Quandoquidem Romanorum Regis electio intra duodecim menses exorbitu prioris computatos fieri debebat, eligendi tempus exibat cum Januario anni 1257. Quocirca Imperii Principes sapius congregati electioni præstituerunt octavam Epiphaniæ, seu decimam tertiam Januarii diem, qua Francofurti comparerent. Et septem Electoribus ibi quatuor tantum eo die aderant; nempe Archiepiscopus Coloniensis suo & Moguntini etiamnum captivi nomine, Comes Palatinus, Archiepiscopus Trevirensis, atque Dux Saxonie. Posteriores hi duo Francofurtum priores advenerant, & duobus reliquis urbis aditum denegabant, armatos magno numero adductos dimittere renuentibus. Archiepiscopus Coloniensis, & Comes Palatinus progressi ulterius, Romanorum Regem cooptarunt Richardum Cornubiæ Comitem, Anglorum Regis fratrem. Archiepiscopus Trevirensis, & Saxonie Dux hanc electionem esse nullam causati, negotium prorogarunt in Passionis primum, deinde Palmarum Dominicam. Marchionis Bran-

Brandenburgici potestatem, & adjunctos Sæcul. XIII.
 sibi Bohemiæ Regis Procuratores habe- A.C. 1257.
 bant.

Cum interim post natalem Christi Matth. Par.
 diem Rex Henricus Londini frequente p. 807.
 in Senatu federet, aliquot Germaniæ Pro-
 cures eo delati, Comitem Richardum una
 omnium voce Regem suum declaratum
 esse palam dixerunt, monstratisque Archie-
 piscopi Coloniensis, & aliorum quorun-
 dam Principum epistolis, Comitis Richar-
 di consensum postulabant. Suadebat
 hunc ei Rex frater suus. At ille hæsitaba-
 bat, quid Henrico Thuringio, & Guiliel-
 mo Batavo contigerit, memor, ac ne for-
 tunam similem experiretur, veritus. Tum
 præsentium aliqui, Hæc exempla te non
 terreant, inquiebant. Non te violenter
 intrudit Papa: nec per milites sacros sum-
 ptibus Ecclesiarum, quas spoliavit, tueri
 te promittit: ejusmodi subsidia tantum
 iram Dei accersunt. Per te ipsum & o-
 pes & amicos habes. Cedebat denique
 Comes, & ad Episcopos assidentes con-
 versus, jurabat, se non ambitione vel a-
 varitia stimulante coronam accipere, sed
 ut Germaniam meliorem in statum redi-
 geret, ibique regnaret justitia. Archie-
 piscopus Coloniensis deinde sub finem
 Martii cum quibusdam Germaniæ Pro-
 ceribus Londinum venit, ut Richardum
 ad adeundam regni possessionem invita-
 ret:

Sæcul. XIII

A. C. 1257

ret: sed consulto tacebant, Principum partem Alphonsum Regem Castellæ in Romanorum Regem eligere velle.

Rayn. 1263.
n. 58.

Reipsa Archiepiscopus Trevirensis, Bohemiæ Rex, Dux Saxoniae, & Marchio Brandenburgicus Comitem Richardum perperam electum reputantes, usque ad Dominicam Palmarum, primam Aprilis producto electionis tempore, Archiepiscopos Moguntinum tunc liberum, & Coloniensem, Comitemque Palatinum, ut huic negotio interessent, orabant. Accepta repulsa Archiepiscopus Trevirensis Francofurtum petiit, Regis, Ducisque ac Marchionis potestate munitus: & tam suo quam eorum nomine in Regem Romanorum solenniter elegit Alphonsum: qui rem edoctus per complures Imperii Proceres ea de causa in Hispaniam missos, consensit quidem; sed in Germaniam non se contulit. Comes autem Richardus celeriter eo profectus Aquisgrani per manus Archiepiscopi Coloniensis coronatus est die Ascensionis Domini, 17 Maji. Electus uterque Romam Legatos misit, ut sui electio rata haberetur. Sed Papa de consilio Cardinalium decisionem rei distulit per speciem maturioris deliberationis, revera pacem Ecclesiæ turbandi metu.

Ann. Steron.
Matth. Par.
p. 817.
Mon. Pad.
p. 602.

§. XXXIX.

Sæcul. XIII.
A. C. 1257.*Arnoldus Archiepiscopus Tre-
virensis.*

Archiepiscopus Trevirensis erat Arnol-
 dus Isenburgicus, qui hanc sedem
 tunc quindecim annis tenuerat, quia an-
 no 1242 Theodorico avunculo suo suc-
 cesserat. Hoc anno 1257 Præpositi ad *Brouver.*
 S. Paulinum & ad S. Simeonem, cætero- *Ann. lib. 16.*
 rumque Collegiorum Trevirensium apud *Notæ to. 2.*
 Papam Alexandrum de Arnol- *p. 553.*
 do conque-
 sti sunt, quod cum Archiepiscopatu suo
 quendam Archidiaconatum, duas digni-
 tates alias, & quinque parœcias retine-
 ret; quod anni primi redditus ex omnibus
 beneficiis, quæ Pontificatus sui tempore
 vacua essent facta, sibi vendicaverit;
 quod pensiones indebitas a Clero suo ex-
 igeret; quod illius domestici, ejusdem-
 que arcium incolæ gravibus ecclesias af-
 ficerent malis, immo etiam expilarent,
 ac incenderent, nec tamen iis se oppo-
 neret. Addebant: Per annos duode-
 cim & supra sibi attribuit proventus ho-
 spitalis domus Trevirensis alendis pau-
 peribus ægrisque destinatos, ac trecen-
 tarum argenti selibrarum pondus confi-
 cientes: illamque ipsam domum occupa-
 vit. Et post aliqua minoris momenti
 puncta:

Sæcul. XIII.
A. C. 1257.

puncta: Nec synodum, nec concilium, quamdiu Archiepiscopus est, habuit. Nec permittit, ut Archidiaconi jurisdictionem exerceant suam. Clericos comprehendi jubet in locis perfugii, ubi ne fures quidem laici caperentur.

Papa negotium commisit Cardinali Hugoni; qui auditis accusatoribus, & procuratoribus Archiepiscopi, sententiam suam Viterbii in partium præsentia ferens, Archiepiscopum beneficia, quæ possideret, ac beneficiorum vacantium fructus abdicare jussit, nisi quindecim intra dies a recepta sententia gratiam legis a Papa factam ostenderet. Etiam reliquis cunctis ex capitibus condemnatus est, jurisdictionem Archidiaconorum si excipias, de qua statutum, ut partes convenirent de arbitris, qui inquirerent in consuetudinem, & ad hanc se conformarent. Archiepiscopus Arnoldus biennio post obiit, nimirum 13 Novembris anno 1259. In epitaphio suo non laudatur nisi ob loca, quæ acquisiverat, munieratve.

p. 147.

§. XI.

Ecclesiæ Septentrionales.

Vading.
1255. n. 16.

Bellum in Polonia vicinisque regionibus contra Lithuanos, cæterosque his confines ethnicos continuabatur: & Papa

Papa sacrae militiae classicum ibi cani curabat per quendam Fratrem Minorem nomine Bartholomæum Bohemum, quem ideo Bohemiae, Austriae, Poloniae, Moraviaeque Praefulibus commendavit. Petebatur is etiam in Episcopum novae cujusdam sedis in Diocesi Cracoviensi erigendae. Inter omnes sacros pugiles eminebat Casimirus Lanciciae atque Cujaviae Dux: qui Papae Alexandro exposuit, Innocentium IV. ipsi concessisse terras quorundam ethnicorum, si fidem sanam ultro amplecterentur. Licet sancta Sedes Equitibus Teutonicis omnes terras, quas in Borussia comparare possent, generatim concesserit, nihilominus, addebat Dux Casimirus, Magister Ordinis Teutonici & aliquot ejus Equites ut concessionem a Papa Innocentio mihi factam redderent inutilem, armatis manibus ingressi terras horum ethnicorum, qui ad baptismum accipiendum parati erant, multo sanguine fuso eas sibi subjecerunt. Abbas Mezanus tuus his in locis Legatus, ut inde abirent, frustra commonitos proscripsit; cujus sententiam ut confirmes, supplico. Confirmavit Papa per litteras 5 Jan. 1257 datas.

Ab anno priore Boleslaus Calvus Silesiae Dux in carcere detinebat Thomam Episcopum Vratislaviensem. Cum hic Praeful in Gorcense suae Diocesis monasterium

Hist. Eccles. Tom. XXI.

Q sterium

Saecul XIII.

A.C. 1257.

Idem Regest.

p. 47.

Rayn. 1257.

n. 21.

n. 24.

Sæcul. XIII.
A. C. 1257.

Rayn.
1256. n. 10.

To. XI. conc.
p. 773.
Michov.
lib. III.

Rayn.
1257. n. 17.

Longin.

sterium templum dedicandi gratia profectus esset, Boleslaus comitantibus se aliquot Germanis noctu coenobium ingressus Episcopum in lecto ipsius, duos Clericos, & domesticorum ejus quosdam comprehendit, quidquid secum habebant, abstulit, captivosque in aliquod castellum sibi proprium misit: Episcopus solo tectus indusio, quanquam tempestas erat perfrigida, raptus ac deinde in vincula coniectus est. Conquerente hac de re Collegio Vratislaviensi Papa 13 Decembris an. 1256 Fulconi Archiepiscopo Gnesnensi scripsit, ut Boleslaum Episcopo cæterisque captivis libertatem ac quævis adempta reddere atque injuriam compensare juberet; inobsequentem a piorum societate seclusum denunciaret; terram illi subditam, & loca, ubi Episcopus asservaretur, interdicto percelleret. Quod quidem Archiepiscopus jam antea egerat: mox enim post commissam violentiam congregatis Suffraganeis suis diocesisin Vratislaviensem interdicto affecerat.

Boleslao Episcopum non dimittente, Papa Archiepiscopis Gnesnensi & Magdeburgensi scripsit, ut sacrum bellum contra illum cani curarent: epistolam dedit 30 Maji an. 1257. Jamque hoc ad bellum sese parabant Præsules, cum Thomas bis mille selibris argenti libertatem rede-

redemit suam, ab Episcopis collegis ac-
 cusatus, quod per abjectionem animi æ-
 quitatem causæ ac jura Ecclesiæ pro-
 dendo malum præbuerit exemplum Opti-
 mates ad similia facinora animaturum.
 Paulo post Boleslaum frater suus duca-
 tum Gloggaviensem sibi eripere conan-
 tem cepit, illasque bis mille selibras ar-
 genti redemptionis pretium ab eo tulit.

Sæcul. XIII.
 A. G. 1257.

Violentia crebro Episcopis infereba-
 tur in Dania, ut apparet e quodam con-
 cilio, cujus decreta rata habuit Papa A-
 lexander 3 Oct. an. 1257. Ejus præfa-
 tionem vide! Ecclesiam Danicam tam
 graviter vexant Proceres, ut Episcopis,
 eam tuentibus minas etiam præfente Re-
 ge suo admoveant haud spernendas, cum
 Clerum a potestate profana nullum ma-
 neat auxilium, & Proceres superbia sua
 nullo Regis metu coërcita ad faciendum,
 quodcunque velint, malum stimulare pos-
 sit. Quocirca concilium statuit sequen-
 tia. Siquis Episcopus capiatur, vel quo-
 piam membro mutiletur, aut alia qua-
 piam atroce injuria in corpore suo afficia-
 tur intra Daniam jussu vel consensu Re-
 gis, aut viri nobilis in Regno habitantis,
 ita ut probabilis conjectura sit, Regem sic
 voluisse: totum Regnum interdictum e-
 rit. Sicuti Episcopo violentiam attulerit
 vir potens extraneus, atque de consilio
 Regis aut Procerum Daniæ fecisse videat-
 tur:

Rayn n. 29.
 to. II. conc.
 p. 772.

Sæcul. XIII. tur: Episcopi dioecesis tum erit interdi-
A.C. 1257. cta. Si Rex admonitus æquum ac ju-
 stum mensis spatio non judicaverit, Re-
 gnum interdictum manebit, donec Epis-
 copo satisfactum fuerit. Sub anathema-
 tis pœna prohibemus, ne quis Sacerdos,
 etiamsi cuidam viro nobili a facello sit,
 interdicti tempore coram eo sacris opere-
 tur. Patientia melius forsan remedium
 contra violentos hos impetus fuisset.

§. XLI.

Res Universitatis Parisinæ.

Parisinæ Universitatis causa nondum fi-
 nita erat: Doctoresque, cum Reli-
 giosos Mendicantes recipere in animum
 non inducerent, se scholas suas alio trans-
 laturus identidem minitabantur. Papa
 Alexander homines pacandi gratia 15
 Nov. an. 1256 litteras ad eos dedit sic in-
 choatas: *Parisinus peritia*, Hic excurrit in
 laudes scholæ Parisinæ, quæ est, ait, fœ-
 cundus fons, unde scientiæ per omnes
 dimanant populos. Vituperat illos, qui
 tumultum excitassent per invidiam Fra-
 trum Prædicatorum Minorumque, quos
 & quorum mendicitatem prædicat, di-
 cens eos, si ad laborem manuum astrin-
 gerentur, occupationes ad salutem ani-
 marum utiliores omittere coactum iri.
 Concludit exhortando Universitatem, ut
 ne

Duboulay.
p. 331.
Vad. 1256.
n. 38.

ne audiat inimicos Fratrum Mendican- Sæcul. XIII.
 tium, neque cogitet deserere urbem, in A.C. 1257.
 qua ipsius doctrina hæctenus tantopere
 floruisse. Septimo Jan. seq. an. Ec- Dubou.
 clesiæ Parisiensis Cancellario scripsit, p. 334.
 ut ne quampiam facultatem docendi co- Vad. Regest.
 piam cuiquam daret, qui non sponderet se p. 46.
 observaturum diploma: *Quasi lignum vi-*
tæ. Insuper sex alias litteras hac de re cum olim
 per hujus anni decursum tam in gratiam Dubou.
 Mendicantium, quam contra Guilielmum p. 244.
 de Sancto Amore, denique 2 Octobris se- Vad. Reg.
 ptimas dedit Episcopo Parisino inscriptas, p. 61.
 quibus ei præcipit, ut divulgari curet ta- Sup. S. 33.
 bulas, per quas Odo Duacensis, & Chri-
 stianus Bellovacensis promississent, se exe-
 cuturos esse diploma: *Quasi lignum vitæ,*
 & cætera quæ vidimus. Atque si mensis
 spatio post hanc promulgationem, adjun-
 git Papa, hi duo Doctores id, quod polli-
 citi sunt, non præstiterint, perjuros de-
 nunciabis, ac retexes Odonis restitutio-
 nem in beneficia, quibus privatus fue-
 rat.

§. XLII.

Apologia Religiosorum Mendican-
tium.

Ut hoc diploma Doctorumque jura-
 mentum executioni daretur, S. Tho-
 mas Aquinas, qui a Doctoris gradu bien-

Sæcul. XIII. nio retardatus erat, tandem ad hunc ad-
 A.C. 1257. missus est Parisiis 23 Octobris an. 1257.

Hoc fuit tempus, quo edidit apologiam
 Fratrum Mendicantium, quam Anagninæ
 coram Papa ante annum pronunciaverat.

Echard. Id opus inscriptum est: Contra illos, qui
 p. 254. impugnant religionem, seu professionem
 S. Th. to. 17. religiosam. S. Doctor ibi sigillatim &
 opusc. 19. magna accuratione respondet ad quælibet
 argumenta & Scriptorum testimonia

a Guilielmo de Sancto Amore adducta.
 Rem totam in sex quæstiones redigit, an
 Religioso liceat docere; an se ad corpus
 Doctorum secularium adjungere possit;
 an sacras & conciones habere, & confes-
 siones audire possit animarum cura non
 præditus; an laborare suis manibus te-
 neatur; an ei liceat relinquere omnia
 bona sua, nihil sibi vel privatim vel in com-
 mune reservando; denique an possit pre-
 cario victum corrogare.

C. 2.

Ad quæstionem primam quod atti-
 net, ex mente S. Thomæ tantum abest,
 ut religiosa professio homines Evangeli-
 cæ doctrinæ tradendæ impares reddat,
 ut eos hoc ad negotium faciat aptissimos,
 cum non modo præcepta, verum etiam
 consilia sequantur, ac meditandis rebus
 divinis se applicent, per vota sua expedi-
 ti ab iis, quæ homines reliquos inde a-
 vertunt. Si Religiosi ad præfecturas sa-
 cras vocari possunt, multo magis ad Do-
 ctoris

ctoris dignitatem ac docendi munus: saecul. XIII.
A.C. 1257.
& prodest Ecclesiae dari viros studio religionis ac informandis rudibus singulariter consecratos, veluti sunt, qui servitiis ægrorum aliisque bonis operibus se devoveant. Dum Christus vetat, ne discipuli sui Doctores compellari velint, nec rem, nec nomen damnat, sed solam vanitatem, quam inde trahebant Judæi. Matth. 23.
v. 8.

Si Religiosi possunt esse Doctores, nulla est ratio eos excludendi a societate Doctorum secularium: quia societatis hujus fundamentum non est id, quod eos distinguit, sed illud, quod eis commune est, scilicet discere ac docere. Societatum libertas ad paucorum hominum conjunctiones propter commodum peculiare factas pertinet, non ad illas, quas Præpositorum autoritas ob utilitatem publicam instituit. c. 3.

In tertia quæstione notandum est, dari hæreticos, qui potestatem ministerii ecclesiastici in sanctitate vitæ hominum etiam consecratione carentium collocent: 16. 4. I. c. 9.
ibid. c. 25.
id quod quibusdam monachis in sua virtute confidentibus ansam præbuit ecclesiasticas sibi functiones suo arbitrio vendicandi. Alii ex opposito excesserunt modum perhibendo, Religiosos esse impares his functionibus etiam Episcoporum autoritate exercendis. Alii demum per errorem recentiore negant

Sæcul. XIII. A.C. 1257. Episcopus Religiosis hanc potestatem posse facere sine consensu Parochorum. S. Thomas e contrario affirmat, Episcopos potestate se sua non spoliare cum Parochis eam communicando, nec horum permisso habere opus ad alloquendos ex suggestu, vel absolvendos a noxis homines eorum fidei commissos. Atqui possunt, inquit, hæc munia Sacerdotibus aliis committere, ac sæpe juvat, immo necessum est. Dantur Parochi tam rudes, ut nesciant latine loqui: & paucissimi eorum divinis litteris studuere. Experientia constat, privatos quosdam, nisi aliis, quam Parochis suis confiteri possent, non id facturos esse, seu quia erubescerent coram iis, quos vident quotidie, seu ob suspicionem inimicitiae, sive alia de causa. Expediit proinde dari Religiosos consulto pastores sic levandi gratia institutos.

Sup. lib. 77. *§. 51.* Ad illud, quod concilium Lateranense Sacerdoti proprio confitendum esse dicat, S. Thomas reponit, hunc Sacerdotem proprium non solum esse Parochum, sed etiam Episcopum & Papam, vel ab his pro se substitutos; & Sacerdotem proprium non opponi pastori communi, sed extraneo. Papa, pergit ille, jurisdictionem proximam habet omnes in Christianos, estque sponsus Ecclesiae universalis, sicut Episcopus Ecclesiae suae singularis.

ris. Mutare, quidquid positum tantum Sæcul.XIII.
 juris esse concilia deciderunt, & pro re- A. C. 1257.
 rum ratione gratiam legis facere potest.
 Nam Patres, adjungit, in conciliis seden-
 tes nequeunt quidquam statuere absque
 summi Pontificis autoritate, sine qua ne
 convocari quidem potest concilium. Hæc
 effata de autoritate summi Pontificis e-
 rant nova, & ultimum manifesto delum-
 ptum est falsis e decretalibus.

Quod ad laborem manuum spectat, Dist. 17.
 quidam olim monachi, ait S. Thomas, eo c. 3.
 in errore fuerunt, ut dicerent, laborem
 esse contrarium perfectæ erga providen-
 tiam fiduciæ, ac illum, quem S. Paulus
 commendat, spiritualibus in operibus con-
 sistere. Hic est error, quem S. Augusti-
 nus impugnavit in opere suo de mona-
 chorum labore. Unde aliqui transeun- Sup. lib. 20.
 tes modum ex adverso sumpserunt occasio- S. 34.
 nem dicendi, Religiosos, ni suis laborent
 manibus, in statu damnationis esse. Nos
 contra demonstrabimus, Religiosos esse
 in statu salutis etiam sine hoc labore.
 Vel enim præcipitur labor manuum vel
 suadetur. Si suadetur solum, nemo nisi
 per votum ad eum adstringitur: ergo
 Religiosi, quibus sua regula eum non præ-
 scribit, ad eum non tenentur. Si præ-
 cipitur, profanis hominibus æque ac Re-
 ligiosis imperatur: ac reapse, cum S. Pau- 2. Theff. 3. 10
 lus diceret: *Siquis non vult operari, nec*

Sæcul. XIII.
A. C. 1257.

Eph. 4. 28.

1. Theff. 4. 11

2. Theff. 3. 8.

De op. mon.
c. 16.

1. Cor. 9. 14.

p. 73.

c. 6.

manducet, nondum dabantur Religiosi a profanis distincti. Præterea S. Paulus non commendat laborem nisi tribus ex capitibus; ne fiat furtum; ne cupiatur bonum alienum; & ut sanetur inquietudo & curiositas. Igitur qui sine his rebus indecentibus vitam quocunque modo tolerare possunt, laborare non tenentur. At qui Religiosi, quibus verbi divini ministerium commissum est, inde victitare possunt, cum Dominus voluerit eos, qui *Evangelium annunciant, de Evangelio vivere*: & monachi otiosi, contra quos scribebat S. Augustinus, non erant ministri Ecclesiæ. Denique labor manuum debet cedere occupationibus utilioribus, qualis est sacra eloquentia: Apostoli erant divino afflati Spiritu; at hodierni concionatores per studium continuum erudire se coguntur.

Guilielmus de Sancto Amore perhibebat, habenti bona non licere se iis profusus spoliare ita, ut non provideat victui suo seu nomen dando sacræ cuidam familiæ dotatae, seu de labore manuum suarum vivere sibi proponendo. Composuit hac de materia opusculum sic inscriptum: De quantitate stipis, ut liqueat ei ponendos esse limites; & nihil reservare sibi esse tentare Deum, exponendo se periculo moriendi fame, aut necessitati victum precario conquirendi. S. Thomas inquit:

inquit: Hoc est renovare errores Joviniani & Vigilantii vituperantium praxin confiliorum evangelicorum, ac speciatim vitæ monasticæ. Non in sola paupertate, quæ habitualis dicitur, estque alienatio animi a bonis, quæ reapse possidemus, sed in paupertate etiam externa, veraque bonorum derelictione consistit evangelica perfectio: quæ non postulat, ut bona possideantur communiter, vel manibus laboretur. Hic bene monstrat, antiquitatis monachos perfectissimos abdicasse bona etiam communiter possessa: sed non addit, eos victitasse de labore suo, & a nemine quidquam petiisse.

Ut deinde asserit, Religioso, qui pro Christo reliquit omnia, mendicatio vivere licet. Concionatores a Præpositis ecclesiasticis missi possunt accipere victum ab iis, quos informant, immo eum poscere ac mendicare quanquam valentes; ac præ reliquis pauperibus donari debent. Sumit pro certo, Religiosos dotatos posse vivere de proventibus suis sine labore; qua quidem in re solutiori disciplinæ monachorum sui temporis, quam S. Benedicti regulæ plus tribuere videtur. Perhibet, Christum mendicasse panem suum, cum diceret Zachæo: *Festinus descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Affert exemplum tam S. Alexii, cuius historia nullius est authoritatis, quam pere-

Sæcul XIII.

A.C. 1257.

Sup. lib. 22.

§. 5.

c. 7.

Luc. 19:

Sæcul. XIII.
A.C. 1257.

peregrinantium, qui corrogabant stipem pro poena impositam secundum disciplinam novam sed contra veterem. Mendicitas, ait, blanditias, & assentationes serviles inspirat iis, qui per cupiditatem, ac ditescendi gratia petunt, non illis, qui necessariis contenti cæteris egenis non modo nihil officiant, verum etiam largitiones copiosas per monita & consilia sua comparant. Magnum discrimen est inter mendicitatem coactam & voluntariam: hæc non iisdem, quibus illa, periculis exponit. Mendici valentes a legibus damnati nihil profunt rei publicæ: at stips Religiosis divini verbi præconibus data potius est merces eorum labori debita, quam liberalitas. Atque Præstules nullam populis injuriam faciunt mittendo hos concionatores extraordinarios; quia si plures constant populo, plus etiam emolumenti spiritualis afferunt. Pessimus hujus disputationis effectus est, quod invisum Religiosis reddiderit laborem manuum, ac mendicitatem esse honorabiliorē persuaserit.

c. 8. 9. &c.

S. Thomas postea respondet ad malitiosas exprobrationes, quæ Religiosis Mendicantibus fiebant; de vilitate vestitus; de negotiis, quibus se immiscebant charitatis causa; de crebris itineribus ad procurandam salutem animarum, de stu-

c. 13. 14. &c.

diis utilioris facundiæ sacrae. Objiciebantur

tur illis etiam actiones ex se indifferentes, ^{Sæcul. XIII.}
 sed in malam acceptæ partem; quod se ^{A. C. 1257.}
 ac suum institutum magni facerent; quod
 litteras commendatitias fumerent; quod
 adversariis suis obsisterent, eos deferrent
 ad tribunalia, puniri que curarent; quod
 hominibus placere cuperent; quod gau-
 derent de rebus magnis, quas Deus per
 ipsos efficeret; quod Regum aulas, & O-
 ptimatum domos frequentarent. Ad ^{c. 20. 21. &c.}
 hæc illos inimici sui variis modis infama-
 re, ac penitus evertere conabantur. Au-
 gebant & exaggerabant eorum errores:
 perhibebant, eos captare favorem homi-
 num vanamque gloriam: appellabant fal-
 laces Apostolos ac Prophetas: dicebant
 eos esse authores malorum Ecclesiam per
 omnem temporum seriem prementium,
 luposque ac fures in domos & palatia se
 insinuantes. Tribuebant illis etiam ma- ^{2. Tim. 3. 6.}
 la ultimis Ecclesiæ temporibus futura,
 fingentes, hæc imminere, eosque Reli-
 giosos esse Antichristi nuncios. Denique
 illorum preces, jejunia, cætera que ope-
 ra manifeste bona reddere suspecta stu-
 debant. Harum omnium reprehensio-
 num injustitiam ostendit S. Thomas, &
 ita finit hoc opusculum multo solidius ac
 cohærentius libello Guilielmi de Sancto
 Amore.

Sæcul. XIII.
A.C. 1257.

§. XLIII.

Epistola S. Bonaventuræ.

*Opusc. to. 2.
edit. Par.
1647.
p. 352.*

Habemus plura opuscula S. Bonaventuræ de hac materia, in quibus eadem, quæ S. Thomas, argumenta adhibet, insistens, sicut iste, potestati summi Pontificis, omnemque ab eo auctoritatem ecclesiasticam emanare asserens. Videmus tamen ex proprio ejus testimonio, remissionem disciplinæ haud levem tunc fuisse inter Fratres Minores. Est enim nostris in manibus quædam epistola ejus tanquam Ministri Generalis ad omnes Ordinis Ministros Provinciales, Custodesque scripta hanc in sententiam. In causas obscurati, quem noster Ordo habuit, splendoris inquirens, invenio multitudinem quandam negotiorum, ob quæ avide petitur pecunia, & incaute accipitur, quamquam paupertati nostræ inimicissima. Invenio otium quorundam nostris e fratribus monstroso in statu contemplationem inter & actionem indormientium. Invenio vagam multorum vitam, qui, ut corporibus suis consulant, suis hospitibus oneri sunt, ac loco boni exempli offendiculum præbent. Invenio petitiones importunas, quæ faciunt, ut prætereuntes occursum nostrorum fratrum velut prædonum metuant. *Ædificiorum*

ficioꝝ amplitudinem eaque visentium Sæcul. XIII.
 curiositatem, quæ turbat pacem nostram, A. C. 1257.
 amicis nostris incommoda parit, & nos
 exponit sinistris hominum judiciis. Mul-
 tiplicationem familiaritatum, quas nostra
 prohibet regula, quæ suspiciones creant,
 ac existimationi nostræ officiant. Im-
 prudentiam in distribuendis officiis, quæ
 deferuntur fratribus in afflictatione cor-
 poris, vel in virtutis soliditate nondum
 sat pertentatis. Sepulturarum ac testa-
 mentorum cupiditatem, quæ Cleri, ac
 præcipue Parochorum indignationem in
 nos concitat. Nimum crebram loci mu-
 tationem, quæ disturbat pacem, indicat
 inconstantiam, & paupertati obest. De-
 nique magnitudinem sumptuum: nam
 fratres nostri modico contenti non sunt;
 & charitas refrixit: ita toti orbi mole-
 stia magnæ sumus, majorique erimus in
 posterum, nisi remedia prompta afferimus.
 Hæc sunt, ad quæ cohortatur Ministros,
 singulariter monens, ne nimum multos
 in Ordinem suscipiant, verbique divini
 ministerium, & confitentes audiendi mu-
 nus non nisi post severum examen con-
 ferant. Dabat Parisiis 23 Aprilis anno
 1257, a morte S. Francisci trigesimo.

Eodem anno Stephanum Lexinto-
 nium Abbatem Clarævallensem, quia Pa-
 risiense Cisterciensium Collegium sine
 permisso generalium Ordinis comitiorum
 con-

Gall. Chro.
to 4. p. 258.
Sup. lib. 82.
Matth. Par.
p. 820.

Sæcul. XIII. condiderat, exauthoravit Guido Cistercii
 A.C. 1257. Abbas. Cui Papa Alexander præcepit,
 ut illum in pristinam dignitatem restitue-
 ret. At Stephani adversarii magnis lar-
 gitionibus in aula Romana effecerunt,
 ut Guidonis sententia consisteret. Ac-
 quievit Stephanus, & Ursicampum Abba-
 tiam Clarævallis filiam adiit, ubi supre-
 mum explevit diem.

§. XLIV.

Sevalius Archiepiscopus Eboracensis.

In Anglia Valterio Grajo Archiepiscopo
 Eboracensi, postquam hanc sedem qua-
 draginta propemodum annis tenuerat,
 Matth. Par. 1 Maji 1255 rebus humanis erepto, Rex
 p. 778. Henricus successoris electionem, quan-
 tum poterat, retardabat, inquit: Hic
 p. 784. Archiepiscopatus nunquam in manibus
 fuit meis; nec tam cito dimittendus est
 mihi. Tandem Canonici una omnes
 voce cooptarunt Doctorem Sevalium e-
 jusdem Ecclesiæ Decanum, virum mode-
 stum ac virtute præditum, jurisperitum
 cæterisque instructum scientiis, & qui de
 schola & societate S. Edmundi Cantua-
 riensis fuerat. Cæterum quia non erat
 natus legitimo ex conjugio, Rege ele-
 ctionem improbante, interim Ecclesiæ
 suæ bona dissipari dolens videbat, donec
 Papa

p. 786.

Papa legis gratiam faciente, sublato impedimento in Archiepiscopum Eboracensem consecratus est 23 Jul. 1256.

Sæcul. XIII.

A. C. 1257.

p. 798.

Doduin.

p. 45.

Modico post tempore tres homines incogniti adiere metropolitanum templum Eboracense, & clam intrarunt interea, dum tota urbs sedebat ad mensam. Scitanti, quænam esset Decani sedes, duo ad tertium, Mi frater, ajebant, ex auctoritate Pontificis Maximi nos te in possessionem hujus sedis inducimus. Novus Archiepiscopus locum antea suum nunc taliter interceptum gravi cum dolore videns, hanc possessionis aditionem, quantum in se erat, irritam declaravit. Canonici omnes secundam Ecclesiæ tam excellentis sedem ab homine extraneo & ignoto contra jus occupatam indignabantur. Sed metus Papæ, cui Regem penitus devotum noverant, eos cohibebat. Novus Decanus Romam, unde venerat, reversus fecit, ut Archiepiscopo functiones sui muneris interdicerentur, eumque multis impensis ac laboribus fatigavit: quos Præsul æquo ferebat animo tanquam ærumnam, quam S. Edmundus ipsi utilem fore prædixisset. Tandem anno sequente 1257 post multas contentiones Decanus, qui hoc sibi nomen ac munus asciverat, Romanus patria, nomine Jordanus, abdicavit jus suum ea conditione, ut centum argenti felibrarum pensionem

p. 813.

Hist. Eccles. Tom. XXI.

R ab

Sæcul. XIII. ab Ecclesia Eboracensi acciperet, donec
A. C. 1257. melius obtineret beneficium.

p. 829.

Nihilominus eodem anno sub finem Septembris summus Pontifex Archiepiscopi Sevalii pinguiora Eboracensis Ecclesiæ beneficia indignis & ignotis Italis conferre recusantis constantia offensus, eum tota in Anglia inter æris campani sonitum ac extinctionem candelarum diris devoveri iussit, ut per censuram tantæ infamiæ illi timorem incuteret. At Sevalius eam patienter tulit se consolans exemplis S. Thomæ Cantuariensis, & S. Edmundi Magistri sui, quorum vestigia sequi se credebatur. Et quo pluribus palam maledictis onerabatur, eo magis ei clanculum benedicebat populus.

p. 831.

Sequente anno 1258, mortifero ex morbo cum decumberet, allevans se junctis manibus & madido lachrymis vultu ad cælum converso, Domine JESU Christe, æquissime Judex, agebat, tu scis, quam acerbe me Papa habuerit, eo quod homines indignos & Anglicæ ignaros linguæ ad regendas, quas tu mihi commisisti, Ecclesias non admiserim. Ne tamen ejus sententia quantumvis iniqua, si eam contemnerem, justa fiat, ab illa me ut absolvas, humiliter precor. Sed Papam ad tuum judicium, quod corrumpi non potest, voco, cælumque ac terram testor, quam

quam immerito me ille vexaverit. In hac animi amaritudine Papæ scripsit, ut fecerat Episcopus Lincolnienſis Robertus Capito, oravitque, ut tyrannicam ſuam agendi rationem temperaret, ſuorumque ſanctorum antecellorum modeſtiam imitaretur. Sevalius ſub feſtum Aſcenſionis diem, qui anno 1258 ſecundus Maji erat, ab hominibus demigravit, cum Eboracenſi Eccleſiæ unius anni novemque menſium ſpatio præſuiſſet: & Papa receptas ejus litteras ſicut Capitonis epistolam indignans ſprevit. Poſt Sevalii mortem Canonici in Archiepiſcopum elegerunt Doctorem Godefridum Knigtonienſem Decanum ſuum: qui Romam profectus, ibique a Papa Alexandro 23 Septembris eodem anno 1258 conſecratus Eboracenſe ſolum quinquennio poſſedit.

Sæcul. XIII.
A. C. 1258.

M. Par.
p. 834. 839.
840.
Goduin.
Ebor. p. 48.

§. XLV.

Papa Viterbii commoratur.

Papa interea curis ac negotiis profanis obruebatur, menſe Majo 1257, ut a violentia populi tutum ſe præſtaret, Romam relinquere coactus. Cauſa ſeditionis fuit, quod Senator, qui tunc civis Brixi-
xianus erat, populum opprimeret perſuaſu Nobilium, quibus ſolis placere quærebat, præſertim familiæ Annibaldinæ.

M. Paris.
p. 823.

R 2

Plebs

Sæcul. XIII. Plebs igitur ex consilio cujusdam pistoris
A.C. 1258. Angli congregata carcerem effractumibat,
 cui prior Senator Brancaleon nomine
 inclusus erat. Eductum constituit Se-
 natorem, fidemque more veteri eidem
 jurat. Brancaleon inimicos suos Roma
 ejicit, duosque Annibaldos Cardinalis
 cujusdam cognatos ex infami ligno su-
 spendi jubet. Papa illum & fautores e-
 jus sacro percellit fulmine: sed tale se
 privilegium habere asserunt, ut proscribi
 nequeant: Papæque illuso minantur se
 simul eum & Cardinales usque ad exi-
 tium ipsorum infectaturos. Papa pejus
 aliquid metuens Viterbium contendit, &
 usque Assisium progredi statuit. Per
 dies epistolis ejus ascriptos liquet, eum
 12 Maji an. 1257 etiamnum Romæ, 29
 ejusdem mensis jam Viterbii fuisse, ac ibi
 usque ad initium Septembris an. 1258.
 esse commoratum.

sp. Rayn.
 1258. n. 6.

M. Par. ibid.

Sup. §. I.

n. 284.

Brancaleon nec amicis nec cognatis
 Papæ Alexandri parcebat. E contrario
 Romanos armari curabat, ut irent contra
 Anagninam, quippe quæ illi fuerit pro pa-
 tria, eo quod in ejus diœcesi natus, &
 Cathedralis ibidem Ecclesiæ Canonicus
 fuisset. Incolæ ad Papam cognatos i-
 pfius aliquos miserunt, oraturos, ut illo-
 rum commiseratione tangeretur. Ita se
 compulsum vidit ad orandum Branca-
 leonem, ut copias suas abduceret; id
 quod

quod obtinuit quantumlibet reluctantante Romanorum malevolentia. Tuebatur eos Manfredus Brancaleonis fautor, quod Papam demissum cerneret, gaudio triumphans. Ille Princeps suos bellicos semper progressus urgens, atque Sicilia, principatu Tarentino, Apulia & agro Labirino potitus, Panormi se solenni ritu Regem coronari curavit die Dominica 11. Aug. an. 1258.

Sæcul. XIII.

A C. 1258.

Anon. p. 852.
to. 9. Ughell.

§. XLVI.

Ecelini progressus.

In Lombardia Ecelinus suum fratrem Albericum a Papæ partibus ad suas reduxerat: qui cum istum sicut Ecelinum proscripsisset, per litteras 3 Julii an. 1258 datas omnia utriusque mancipia, quorum magnus erat numerus, in libertatem asseruit una cum eorum prolibus ac nepotibus, qui Ecclesiæ obedirent. Anathematis consecutiones usque adeo extensas antea nunquam vidi.

ap. Rayn.
n. 2.

Alexander primo sui Pontificatus anno in Marchiam Tarvisianam vicinasque provincias Philippum electum Archiepiscopum Ravennatem ut Legatum miserat, & probe gnarus, Ecelinum censuris Ecclesiæ parum tangi, per litteras 20 Dec. 1255 datas hunc Legatum sacræ militiæ classicum contra eum canere jusserat. Le-

Rayn. 1255.

n. 10.

Mon. Pad.

p. 598.

Sæcul. XIII.
A. C. 1258.

p. 599.

p. 602.

p. 603.

gatus magnum cruce signatorum numerum collegit, & quotidie fiebant preces ad cœli opem contra tyrannum accersendam. Hoc instructus exercitu Legatus oppugnatum Patavium mense Januario an. 1256 occupavit, ac biennio post exeunte Aprili an. 1258 Brixiam in deditionem accepit. At eodem anno die Veneris 30 Augusti Ecelinus Legati non opinantis copias adortus coniectis in fugam Brixianis, qui magnam earum partem fecerant, inter plurimos captivos Legatum ipsum ac Episcopum Veronensem numeravit.

§. XLVII.

Bellum inter Venetos ac Genuenses.

Papa Alexander conabatur simul pacem Genuenses inter ac Pisanos conficere, ob quædam Sardinia bona, quæ sibi utraque urbs asserebat, bello implicitos. Duo Priores, Templariorum alter, alter hospitalis domus S. Joannis erant partium arbitri, quos Papa præ aliis constituit eo ex capite, quod Pisani cum Genuensibus ubivis gentium terra marique præcipue ad Ortum bellum gererent non sine periculo reliquiarum, quas Franci in Palæstina habebant. Idcirco Papa simul Archiepiscopum Messanensem tanquam Legatum

gatum eo misit, ut Genuenses etiam cum Venetis reconciliaret, qui pro Pisanis stabant. Venetos Ptolemaidis portu an. 1257 potitos Genuenses armatis Tyri-
 triremibus invasere, quarum tres captas illi Ptolemaidem abduxerunt. Deinde anno 1258 pridie festum S. Joannis Genuenses ad Ptolemaidis oram quadraginta novem triremibus, & quatuor majoris modi navibus advectos Veneti Pisani-
 que armatis quadraginta triremibus aggressi, viginti quatuor triremes hostium & palmam obtinuerunt, caesis captisve mille septingentis hominibus. Hæc Venetorum victoria pacis consilia fregit, quæ Papa inierat: bellumque inter potentes has urbes Terræ sanctæ jacturam acceleravit.

Papæ Alexandro etiam dissidia, quæ Germaniam ob duplicem discordemque capitis electionem diviserant, negotium facebant. Alphonsus Castellæ Rex in Germaniam iturus erat, cum Hispaniæ Saracenos Cordubam recuperandi occasionem ex absentia sua capturos audiret. Remanens igitur ad Papam Legatos misit rogatum, ut ne alium quam ipsum ad Imperii solium admitteret, eo quod orbis Christiani limites præ cunctis Regibus cæteris protulisset. Papa sic respondit: Scitis esse morem ab omni tempore stabilitum, ut regnum Germanicum sit quod-

Sæcul. XIII.

A. C. 1258.

Sanut. p. 220

221. Rayn.

n. 39.

M. Paris.

p. 832.

Sæcul. XIII. dam veluti pignus dignitatis imperato-
A.C. 1258. riæ. Rex itaque Dominus vester solenni
 ritu eligi, & Aquisgrani coronari se cu-
 ret: tunc ejus promotioni favebimus.

an. Rayn.
 1263. n. 16.

Interim Papa Richardum agnoscens Re-
 gem Romanorum, hunc ei titulum in e-
 pistolis dabat suis. Unde factum, ut
 multi Italiæ Proceres illi fidem promit-
 terent.

§. XLVIII.

Ecclesia Salisburgensis.

Stero an.
 1257.

Chr. Salisb.
 an. 1246.
Canis. to. 6.
 p. 1263.

Philippus Bernardi Carinthiæ Ducis fi-
 lius abhinc annis amplius decem in
 Archiepiscopum Salisburgensem electus
 hujus Ecclesiæ proventibus fruebatur;
 sed ne in Sacerdotem quidem initiari vo-
 lebat. Conquerente hac de re Canoni-
 corum collegio Papa Alexander Philip-
 pum admonitum post semestrem spatium
 munere abstinere jussit; & post alios sex
 menses de gradu dignitatis dejecit secun-
 dum constitutionem 7 Martii an. 1255
 factam, qua sanxerat, ut electi Episcopi
 intra sex menses consecrari se curarent.
 Cum proin Sedes Salisburgensis declara-
 ta esset vacua, Collegium Cathedrale
 Henrico Episcopo Chiemenfi Ord. Præd.
 Præpositoque ac quibusdam Canonicis
 Salisburgensibus Ecclesiæ suæ caput
 cooptandi copiam fecit: qui Udalricum
 Secovien-

ap. Rayn.
 1256. n. 16.

Chr. Salisb.
 1257.

Secoviensem Episcopum ejusdem provin- Sæcul. XIII.
 ciæ in Archiepiscopum elegerunt: & Pa- A.C.1258.
 pa rem ratam habuit per litteras 5 Sept. Rayn. 1257.
 an. 1257 datas. n. 10.

Haud cessit Philippus; & a Rege Bo-
 hemiæ Austriæque Duce defensus, Salis-
 burgo locisque huic obnoxiiis imposito
 præsidio aliquamdiu per vim se tuebatur.
 Tum vero Papa Episcopo Chiemensi per *Stero ibid.*
 litteras præcepit, ut omnes Episcopos
 Suffraganeos, & clientes beneficiarios
 Ecclesiæ Salisburgensis in subsidium vo-
 caret intentando renuentibus prædiorum
 jacturam. Ille hujus mandati authorita-
 te Philippum novo Archiepiscopo Udalri-
 co arces ac propugnacula Ecclesiæ Sa-
 lisburgensis intra quindecim dies redde-
 re jussit, declarans, eum, nisi morem ge-
 reret, una cum fautoribus ipsius proscri-
 ptum iri. Cum non paruisent, Berthol-
 do Episcopo Passaviensi scripsit, ut hanc
 censuram in diœcesi sua promulgandam
 curaret, seseque jungeret reliquis Suffra-
 ganeis, Philippo & proprias, quantas ha-
 berent, & profanæ potestatis vires op-
 posituris. Dabat 7 Maji 1258. Ita res
 ecclesiasticæ sæpe fiebant profanæ, atque
 in bella desinebant.

Sæcul. XIII.
A.C. 1258.

§. XLIX.

Sanctiones ad Inquisitionem spectantes.

*Litt. apost.
post direct.
p. 26.
Bullar.
Alex. IV.
const. 14.*

Inquisitio non faciebat nihil ad temporalia spiritualibus miscenda; ut docet quædam Papæ Alexandri constitutio ad Inquisitores ex Ordine Minorum 13 Nov. 1258 missa. Volumus, inquit, ut hæreticis ad Ecclesiæ sinum redeuntibus poenam pecuniariam præscribatis, sub qua se ad constantiam in fide catholica adstringant, eosque illius pecuniæ cautionem dare jubeatis. Plenam vobis potestatem facimus, hanc poenam, si casus hic eveniat, exigendi, urgendique solutionem per censuras ecclesiasticas: atque præcipimus, ut pecunia inde proveniens in manibus trium hominum proborum, quos Episcopus & vos elegeritis, deponatur ad sumptus prosequendi contra hæreticos negotii applicanda. Publicatio bonorum, ac everio domuum, in quibus hæretici deprehensi fuerant, temporales pariter effectus erant, ipsis ac hæredibus eorum graviter dolendi.

*Direct. p. 1.
920. &c.*

Habentur plures aliæ Papæ Alexandri sanctiones, de Inquisitionis exercitio factæ tum ad confirmandum Innocentii IV. diploma: *Ad extirpanda*, tum ad solvenda

venda varia Inquiiitorum dubia. Hoc Sæcul. XIII.
 anno 1258. 27 Sept. condidit aliquam, A.C. 1258.
 per quam declarat, Inquisitores non de-
 bere cognoscere de usuris, neque de di-
 vinationibus, aut de fortitionibus, nisi eis p. 24.
 quædam immixta sit hæresis; ac gene- Bullar. const.
 ratim negotio fidei summis aucto privile- 12.
 giis alias occupationes nulli esse obstacu-
 lo oportere. In alia constitutione 11 Jan. Bullar.
 1257 ad Inquisitores Lombardicos Ord. const. 9.
 Præd. missa dicit, eos haud posse judica-
 re de hæreticis nisi consentiente Episco-
 po, aut ejus Vicario; posse tamen abs-
 que Episcopo statuere de iis, qui hære-
 sim palam confessi pertinaciter prosequen-
 rentur.

§. L.

*Concilia Roffiacense ac Montis
 Pessulani.*

In Gallia hoc anno 1258 duo concilia
 celebrabantur, quorum decreta potis-
 simum ad temporalia Ecclesiæ commo-
 da pertinent. Primum, cui Gerardus to. XI. cont.
 Malemortius Archiepiscopus Burdigalen- p. 773
 sis præerat; Roffiaci Pictavia in regione
 21 Aug. habebatur, ubi editum est præ-
 scriptum duodecim puncta continens,
 quorum hæc est summa. Proscribuntur
 Nobiles, civesque reliquis cum laicis, qui
 faciunt

Sæcul. XIII.
A. C. 1258.

faciunt constitutiones, aut foedera ferunt, ut jurisdictionem ecclesiasticam constringant, impediantque, ne laici causas suas in curia Ecclesiæ agant præterquam paucissimis in casibus. Hæc sacra detestatio cunctis diebus Dominicis promulgari: atque si fontes tribus mensibus in ea permanerint, sepultura ecclesiastica, eorumque filii beneficiis excludi jubentur. Satis apparet, hic agi de quodam foedere in

Sup. Lib. 82.
§. 31.

Aquitania perculso instar illius, quod Franciæ Nobiles an. 1247 inierunt. Sed hoc, de quo hic loquimur, nequit esse idem, quia Aquitania etiamnum Regi Anglorum erat obnoxia. Proscribuntur etiam illi, qui sacra violant perfugii loca, seu ibi capiendo vel male habendo homines, seu bona ibidem deposita inde asportando; & ad restitutionem dupli damnantur.

c. 3. Religiosos, qui contemptis Episcoporum sententiis censurisque divina celebrant officia, e dioecesibus pellunt Praepositi sui, qui per censuras ad hoc adiguntor!

c. 4. Barones, cunctique homines profani commonentor, ut ne occupent bona, ab Ecclesiis quiete possessa. Si post admonitionem generalem id faciant, ipso facto

c. 7. a piorum coetu exclusi sunt! Quandoquidem Episcoporum est, Christianorum testamenta executioni danda curare, testamentum condituri suum Parochum, ut

ei adfit, vocanto : & Parochi ad testa-
 menta sua duos aut tres Parochos Vica-
 riosve vicinos accersunt ! Sacerdos, qui
 proscriptum in articulo mortis absolvit,
 eum adstringito, ut per ipsum aliumve ad-
 versario faciat satis : alioqui Sacerdos ip-
 se ad id tenetur ! Nempe proscriptio sæ-
 pe fiebat ob debitum non solutum, vel
 ob aliud quoddam momentum tempora-
 le. Judices Ecclesiastici varias vexatio-
 nes a captiosa litium arte in tribunalia
 sua præsertim per speciem mandatorum
 Papæ introductas minime fovendo, alio-
 quin jubendi abstinere a munere, & post
 quadraginta dies proscribendi. Hæc li-
 tigandi genera jam sigillatim condemna-
 verat Concilium Lugdunense an. 1245.
 Archiepiscopus Gerardus sedem Burdi-
 galensem tenebat ab anno 1227. Ætate
 proventus, & concilio Roffiacensi haud diu
 superstes fuit.

Sæcul.XIII.
 A. C. 1258.

c. 8.

c. 9.

Sup.lib.82.
 f. 27.
 Conc. Lugd.
 c. 1. 2. 5. 8.
 Gall. Chr.
 p. 213.

Alterum Monte Pessulano 6. Sept.
 1258 celebrabat Jacobus Archiepiscopus
 Narbonensis, prius Abbas ad S. Aphro-
 disium. Successerat nuperrime Archie-
 piscopo Guilielmo Delabrovia 26 Jul. 1257
 post duodecim Pontificatus annos extin-
 ctus. Hoc concilium octo sanctiones edi-
 xit. Qui bona ecclesiarum occupant, ea-
 rum jura & libertates sibi vendicant, vel
 Clericos injuriis afficiunt, per ipsum fa-
 ctum se anathematis vinculo constrictos
 sciant,

to. XI. conc.
 p. 778.
 Gall. Chr.
 p. 384. 385.

- Sæcul. XIII. sciant, poscente Episcopo læso proscriptio
 A.C. 1258. in cunctis provinciæ diœcesibus denun-
 cietur: atque ista constitutio singulis die-
 bus Dominicis promulgetur omnibus
 c. 8. in parœciis! Qui censuram aliquam ut
 c. 4. Judex aut executor a Papa constitutus
 vel subdelegatus (ut vocant) pronun-
 ciat, potestatis suæ litteras ostendat!
 c. 2. Episcopus dans tonsuram maxime inqui-
 rat, an, qui eam petiit, viginti annos
 sit natus, & pietatis causa, non per frau-
 dem se sistat. Clerici, qui tabernam te-
 nent, qui negotiantur palam, qui artes
 exercent mechanicas, qui diurna pro
 mercede laborant, aut vestes Clericorum
 proprias non gerunt, nec immunitate tri-
 butorum, nec reliquis Clericatus privile-
 giis gaudeant. Nimirum publicæ jacta-
 bantur querelæ de horum privilegiorum
 abusu, ac extensione jurisdictionis eccle-
 siasticæ. Judæis usuræ pro tribunali
 non adjudicentur! Permittitur, ut sum-
 mus Belloquadri Prætor Clericos in fla-
 grante delicto deprehensos ob raptum,
 homicidium, incendium, similiaque cri-
 mina capiat in Episcopi curiam mitten-
 dos. Puto me hic videre initium casus
 privilegio præditi.

§. LI.

Sæcul. XIII.
A.C. 1258.*Arlotus Pontificius in Anglia
Nuncius.*

Arlotus Hypodiaconus & Notarius Pa-
pæ hebdomade sancta, scilicet exeun-
te Martio anni 1258 Londinum advenit,
quanquam Legati titulum non haberet,
multorum comitum & viginti equorum
pompa spectabilis. Litteræ 12 Decem-
bris elapsi ei traditæ Regique Anglorum
inscriptæ continebant, illum habere po-
testatem concedendi huic Principi dilatio-
nem expeditionis in Siciliam usque ad
Calendas Junii; Regemque, quantum ad
præterita spectaret, exsolvi censuris, in
quas ob promissionem non servatam in-
currisset. Altero die Martis post Pascha
Rex Henricus Londini senatum habuit,
in quo inter alia magni momenti negotia
res Siciliæ agebatur, Arloto certum ac de-
finitum de illa responsum postulante. Vo-
lebat insuper maximam pecuniæ sum-
mam, ad quam mercatoribus solvendam
se Papa pro Rege obligasset.

Matth. Par.
p. 826.
ap. Rayn.
1257. n. 39.
40.

Mat. Par.
p. 927.

Arlotum brevi secutus est Mansuetus
Ord. Minorum pariter a Papa missus ad
stimulandum Regem. Sacello Pontificio
& expiationibus Romæ præfectus erat,
magnamque habebat potestatem, etiam
com-

p. 828.

Vading.
1263. n. 30.

Sæcul. XIII. commutandi vota omnium Regis dome-
A.C. 1258. sticorum, & proscriptos, falsarios ac per-
 juros absolvendi, ita, ut facilitas veniæ
 multos ad peccandum animaret. Cum
 Rex urgente Papa efflictim posceret a Se-
 natu suppetias, per quas promissum per-
 solveret, Angliæ Proceres reponebant:
 Non possumus nos toties exhaurire ob-
 molitionem temerariam sine consilio no-
 stro formatam. Debebas sequi exem-
 plum Principis Richardi fratris tui recu-
 santis Siciliam sibi a Papa per Doctorem
 Albertum oblatam. Perpendebat mul-
 titudinem variarum regionum Angliam
 ab Apulia separantium, mare, montes,
 locorum distantiam, diversitatem lingua-
 rum, & quas maxime timebat, captiosas
 Aulæ Romanæ artes, ac Sicularum per-
 fidiam. Ne tamen ingratus erga Papam
 videretur, ita respondit: Quod offers, ac-
 ciperem, si mihi sacros milites omnes au-
 xilio mitteres, quem ad finem Nuceria
 ethnicorum domicilium in obtentum ho-
 nestum serviret; si præterea dimidiam
 belli sumptuum partem subministrares;
 ac quædam loca mihi, si necessitas exige-
 ret, perfugio futura traderes. Conclude-
 bant Proceres denegando Regi petitum
 pecuniæ subsidium: at Præsules non au-
 debant loqui.

§. LII.

Sæcul. XIII.
A. C. 1258.*Anglorum querimonice de Rege suo.*

Londinensis Procerum conventus durabat usque ad quintam Maji, quæ erat Dominica post Ascensionem Domini: ac querimonice de Rege ibidem invaluerunt. Non stat promissis suis, ajebant, nec Regis Joannis litteras publicas, quas toties emimus, observat. Marchiæ Comitis filios, uterinos fratres suos contra Regni leges alte nimis extulit: subditos spernit ac expilat, nec nisi externos promovet ditatque. Per immoderatam liberalitatem suam ærarium suum ita exhaustit, ut jura sua, quæ Galli perperam usurpant, recuperare, ac vilissimæ illius gentis injurias depellere nequeat. Rex se malis abreptum consiliis falsus meliora secuturum supra lipsanothecam S. Eduardi juravit. Publici status emendatio differebatur a-
 lium in conventum Oxonij festo S. Barnabæ die agendum: ubi ut duodecim viri ex parte Regia, & totidem ex parte Procerum correctioni operam daturi eligerentur, consensit Rex, ipseque ac major natu filius ejus Eduardus, quidquid illi viginti quatuor viri statuissent, observaturos se promifere.

Matth. Par.
p. 830.*Addit.*

p. 1132.

Histor. Eccles. Tom. XXI, S At

Sæcul. XIII.A. C. 1258.*M. Par.**p. 833. 834.**p. 837.**p. 838.**Add. 1134.**H. Knigton.**p. 2446.**M. P. Addit.**p. 313.*

At cum quatuor fratres Marchiæ Comites, quos Rex in eorum numero posuerat, emendationem eludere solum conarentur, Proceres tantum his timorem injecere, ut ex Anglia in Franciam se conferrent. Studente Procerum partibus Londino, ac regiarum numero indies crescente Nuncius Arlotus Angliam sic turbatam sine strepitu reliquit mense Augusto sub festum Virginis in cœlum assumptæ diem. Tum Proceres veriti, ne Ademarus unus e quatuor fratribus electus Episcopus Vinconiensis Romanam adiret aulam, seque consecrari pecuniæ ope curaret, quatuor ad Papam Equites miserunt cum epistola, in qua maxime de hoc Præsule, ejusque fratribus tanquam præcipuis Angliæ turbatarum authoribus conquerentes Papam, ut ei delatam Vinconiensis Ecclesiæ administrationem sine offensione publica per plenitudinem potestatis suæ adimat, orant, in cæteris se referentes ad verba Nunciorum. Rex quoque ad Aulam Romanam misit aliquem, & obtinuit absolutionem a juramento, quod in conventu Oxoniensi juraverat. Tum vero se illo haud amplius teneri credidit.

Interim Papa Optimatibus Angliæ respondit per epistolam verborum lautitiis plenam, in qua queritur, eorum Regem pacificationem de Sicilia cum sancta Sede confirmatam

flatam executioni non mandasse; atque ita integrum sibi esse hoc regnum alii cui-
dam Principi deferre: ideo recusat peti-
tum hanc ad rem Nuncium mittere. Po-
scebatur is etiam duos alios ob fines, nem-
pe ob promulgationem pacis cum Gallia.
& ob correctionem Angliæ. Ad quæ
Papa reponit, se de statu hujus regni ex-
plicatius edoceri cupere, ac paucos tunc
Cardinales circa se habentem nuncii mis-
sionem differre, cum pax etiam ante hu-
jus adventum promulgari possit.

Denique, quod ad Episcopum Vinco-
niensem attinet, Papa dicit, juridico ritu
contra eum nihil agi potuisse, quia legiti-
mus ejus defensor ad sanctam Sedem nul-
lus venerit. Quod indicat, hunc Præ-
fulem in curia Romana nondum com-
paruisse. At brevi post ibi se stetit.

Postquam eo advenerat, exposuit Pa-
pæ & Cardinalibus, se, quod in Anglia
post tumultus ibi ortos sine periculo com-
morari haud potuerit, hinc excedere, at-
que ab Ecclesia sua magno cum dolore
abire coactum esse: idcirco se metuere,
ne ejus administratio sibi ut electo Epis-
copo in spiritualibus æque ac temporali-
bus conveniens redderetur controversa, &
ipse juribus ac proventibus suis per vim
privaretur. Papa ejus questibus commo-
tus, epistolas in ejusdem gratiam Regi
ac Proceribus Angliæ scriptas Valasco

Sæcul. XIII.
A.C. 1258.

ap. Vading.
1258. n. 7.

Sæcul. XIII.
A.C. 1258.

Supra.

Ord. Minorum sui sacelli & expiationum Præfecto tradidit, præcepitque, ut exhortationes efficacissimas adhiberet, quæ Regem ac Proceres impellerent ad recipiendum Episcopum Vinconiensis utpote canonico ritu electum, & a sancta Sede approbatum. Adjungit Papa: Et quantum ad constitutiones nostras attinet, quæ volunt, ut quisvis Episcopus intra certum tempus consecrari se curet, earum gratiam illi fecimus: & ipse coram nobis obtulit ad accipiendum legitimo tempore Sacerdotium, ac deinde consecrationem, qua in Episcopum initiaretur. Itaque, ut eidem integros redditus, atque omnia bona sua mobilia & immobilia ab initio turbatum inique adempta restitui curetis, volumus & imperamus, statuentes hunc in finem censuras ecclesiasticas, non obstante qualicumque privilegio. Hoc mandatum edidit 28 Jan. 1259.

Matth.
Westmunst.
p. 369.

Frater Valascus delatus in Angliam coram Rege ac Optimatibus congregatis officium declaravit suum. At omnes ei, quomodo se res habeant, & Papam ab Episcopo vera tegente deceptum esse, eodem tenore dicebant. Discesserunt appellantes a Nuncio ad Papam, denuoque miserunt, qui hunc de re melius edoceret. Sic Valascus abeundum sibi, Episcopus Vinconiensis a meta se longius remotum vidit. Quæsitum postea, quonam modo
Valascus

Valascus Angliam intraverit, & comper-
tum est, id esse factum permisso Regis in-
vitis Proceribus. Igitur portus Dorober-
niensis custodi, qui aditum illi dederat,
munus abrogatum fuit.

Sæcul. XIII.

A.C. 1258.

§. LIII.

S. Ludovicus amans pacis.

Pax Franciam inter & Angliam Parisiis
confecta est 28 Maji, quæ erat dies
Martis tertius post Pentecosten an. 1258. *Du Tillet.*
Ibi Rex Henricus abdicavit sua, quæ per-
hibebat, jura in Normanniam, Andega-
viam, Cenomanensem agrum, Pictavien-
sem provinciam & Turoniam: S. Ludo-
vicus ei cessit totum ducatum Aquitani-
cum comprehensis una juribus suis in
tres Episcopatus, Lemovicensem, Cadur-
censem, ac Petrocoranum; ea lege, ut
ipsum eorum Dominum, se clientem so-
lenni ritu profiteretur. Consilarii S. Lu-
dovici se his pactionibus strenue oppo-
nentes, Domine! inquebant, Anglorum
Regi ereptam sua culpa a te tuisque an-
tecessoribus partem regni tui tam ma-
gnam reddere vis beneficium non agni-
turo? Id vero nobis mirissimum. Scio
perbene, reposuit Rex sanctus, Angliæ
Regem & antecessorem ejus merito ami-
sisse terras, quas possideo; nec me tene-
ri ad restitutionem. Hanc facio tantum

*Angl. p. 176.**Joinv. p. 14.**119 observ.**p. 369.*

Sæcul. XIII.
A C. 1258.

Duchesne
to. 5. p. 370
Sup. Lib. 75
§ 57.
Sup. lib. 77.
§. 959.

ob pacis bonum, atque ut amicitiam concordiamque nos inter ac liberos nostros, qui consobrini sunt, nutriam. Denique hunc Principem reddam meum clientem beneficiarium; suamque is mihi obstringet fidem: quod nondum fecit. Ita loquitur Jonavillæ Dominus istarum rerum scientior illo ad S. Dionysium monacho, qui perhibet, Regem sensitse morsus animi ob Normanniam cæterasque terras Regi Joanni a Philippo Augusto de sententia Parium Franciæ ademptas.

Duchesne
to. 2. p. 36.

Nemo tamen dixerit, S. Ludovicum non religiosissimum fuisse in abstinentia boni alieni. Indagabat solcite, an non antecessores sui aliqua contra jus fasque occupaverint: & idcirco in provinciis Inquisitores constituerat: sicut in Occitania Archidiaconus Aquensis cum tribus Religiosis, & summus Nemausi Prætor, Aurelianum & Bituricas versus Godefridus Bussiæ Archidiaconus Aurelianensis debita solvere jussi fuerant: Inquisitorum plerique erant Canonici, qui ut bono huic operi vacantes residere in beneficiis suis censerentur, Rex a Papa Alexandro impetraverat. Contingebat interdum, ut, postquam bona quædam male parta esse constitit, homines illi, quibus restitutio fieri debebat, reperiri haud possent, quantacunque diligentia quærebantur. Qua de re consultus a Rege Papa

ap. Rayn.
n. 16.

11. Apr.

11 Apr. 1258 litteras ad eum dabat, in Sæcul.XIII.
 quibus, cum eundem magnis ornasset A.C.1258.
 laudibus, permittit, ut has restitutiones
 eleemosynis suppleat, per quas ipsum ab
 eis liberum fore declarat, addens tamen,
 si postmodo detegat homines, quibus re-
 stitutio fieri debeat, hanc ipsi omittendam
 non esse.

Dabantur etiam veteres Galliam in-
 ter & Arragoniam controversiæ, quas
 S. Ludovicus hoc ipso anno finiit. Cata-
 loniam primitus Francia clientibus be-
 neficiariis conferebat: & Arragoniæ Re-
 ges aliqua jura multas in terras cis mon-
 tes Pyrenæos fitas acquisiverant. Lites *Marca Hisp.*
 has composituri duo Reges convenere *App. n. 519.*
 de arbitris: S. Ludovicus Hebertum De- *n. 523.*
 canum Bajocensem, Jacobus Arragoniæ *Catel. Lang.*
 Rex Guilielmum Montegrinium sacrarii *lib. 1. p. 29.*
 Gerundani Præfectum elegit per com-
 promissum mense Majo 1255 factum.
 Triennio post 16 Jul. 1258 Barcinone con-
 clusa est transactio, per quam Rex Ludo-
 vicus Regi Jacobo omnia postulata & ju-
 ra sua ad comitatus Barcinonensem, Or-
 gianum, Ruscinonensem, cæterasque ter-
 ras transmontanas ibi nominatim expres-
 sas; & Rex Jacobus Regi Ludovico ce-
 dit postulata & jura sua ad multas urbes
 terrasque cisalpinas, nempe Carcassonam,
 Biterras, Agatham, Albigam, Rutenam,
 Cadurcum, Narbonem, Milialdum, Ne-
 maufum,

Sæcul. XIII.
A. C. 1258.

Joinv.
p. 119.

mausum, Tolosam, aliasque minore consideratione dignas. Universe ac generatim ut loquar: S. Ludovicus fuit ille vir, qui maxime omnium paci conciliandæ studuit præsertim inter subditos, ac regni sui Proceres: ipsi extranei eum sumebant arbitrum: adeo sapientiam ejus ac justitiam totus agnovit orbis.

§. LIV.

Tartari Bagdetiam capiunt.

Abulfarag.
p. 337.
Haito. c. 24.

Bibl. Orient.
p. 453.

p. 505.

p. 628.

Hunc annum 1258 Musulmannis memorabilem reddidit eventus inter primos historiæ suæ numerandus, occupatio Bagdetiæ per Tartaros facta, & Califarum extinctio. Hulacus Mangu-Cani frater, & Ginguis-Cani nepos anno Epochæ Arabicæ 651. Christi 1253 in Persiam duxit exercitum, quem frater ei suus tradiderat, e delectis Mogolibus compositum. Anno 654 (ejusdem Epochæ) stirpitus delevit Molheditas, qui erant Arfacidæ, ac ultimo eorum Principi, cui nomen Rucneddin Gurscha, omnia ipsius loca eripuit. Subsidium vero contra Molheditas a Califa Mostazem petens repulsam tulerat. Ergo post eorum interuersionem Bagdetiam versus movit. Mostazembillam trigesimum septimum Califam ex Abasis familia, ab anno 640 regnantem omnes Musulmanni suæ religionis

nis caput agnoscebant. Erat Princeps voluptarius, sed avarus simul, primo admistrato suo (Visirium vocant) proditori suo addictus. Accepta epistola, qua Hulacus denegatum contra hostes communes auxilium ipsi exprobrabat, injuriosissimum ei responsum dedit, iram Dei suamque minitans, eo quod ipsius Terris inferre pedem ausus fuisset. Hulacus, qui vires suas & Califæ infirmitatem noverat, hoc responsum indignatus Bagdetiæ portis admovit copias, cum minime putaretur. Duobus eam mensibus obsidebat, incolis interea more solito velut in plena pace viventibus, & Califa suis tantum voluptatibus intento. Demum mense Safar an. 656 Christi 1258 urbs a Tartaris capta, & direpta septem diebus (nam plura per secula immensæ ibi opes cumulata fuerant) ferroque ac igni vastata est. Califa Mostazem comprehensus, in pannum coactilem compactus, arctissime vinctus, & per omnes urbis vicos raptatus, hoc in supplicio brevi posuit vitam: atque sic interiit ultimus Califa Musulmanorum. Principium duxerant ab Abubero anno undecimo Epochæ Arabicæ, Christi 631: & hæc dignitas in Abasidarum stirpe 509 annos permanerat. Ex eo tempore Musulmanni non habuere legitimum suæ religionis caput: nam hoc debere de Prophetæ familia esse illis an-

Sæcul. XIII.
A. C. 1258.

p. 629.

Sup. lib. 38.
§. 5.

Sup. lib. 43.
§. 6.

S 5 nume-

Sæcul. XIII. numeratur regulis, quibus tanquam fun-
A. C. 1258. damentis eorum fides nititur.

Bibl. Or.

p. 54.

Abulfar.

p. 444. 345.

Etc.

Hulacus dein subiecto sibi Mosulio totaque Mesopotamia, transmissio Euphrate Syriam ingressus Damascum & Alepum cepit, evertitque anno 657, Christi 1258. Mortuo tunc Mangu-Cano succedens, quintus erat Magnus Mogolum Canus. Christiani hanc Musulmannorum cladem in rem suam potuissent vertere, nisi per diffidia sua sibi ipsis perniciem creassent. At præter bellum Venetorum cum Genuensibus etiam Templarios inter ac Hospitalarios Equites Ptolemaide furiosa fuit contentio, & prælium tam cruentum, ut hi majorem sociorum partem amitterent, illi vix non ad unum omnes perirent. Nunquam alias inter Christianos, multo minus inter Religiosos talis cædes conspecta fuit. Hujus nuncio cis mare accepto, Templarii celeriter congregati, de communi consilio per cuncta domicilia sua edixere, ut relictis, qui ad eorum custodiam necessarii forent, reliqui omnes Equites Ptolemaidem contenderent, tam dirutas in regione domos suas reædificandi gratia, quam Hospitalarios ulturi.

§. LV.

Sæcul. XIII.

A. C. 1258.

*Tartari Hungariæ Regi conditiones
pacis offerunt.*

Hungarorum Rex Bela IV. metu Tartarorum, qui huic regno vastitatem jam intulerant, oblatas sibi ab illis fœderis conditiones audire coactus, ad Papam Alexandrum quendam Doctorem Paulum nomine misit cum epistola, in qua dicebat: Cum Tartari Hungariam invasis-
sent, ad Papam Gregorium IX. Episcopus Vacianum (qui nunc est Prænestinus) suppetias ab eo postulaturum misit: sed ille ne verbo quidem consolatorio me dignatus est. Hic Episcopus erat Stephanus Vacia translatus ad Archiepiscopatum Strigoniensem, & a Papa Innocentio IV. Cardinalis Episcopus Prænestinus creatus an. 1251. Epistola sic continuatur: Post obitum Gregorii vacante Sede Apostolica Cardinales mihi scripsere, postquam electus Papa esset, eum hos acerbissimos hostes e regno meo abigi curaturum. At hæc spes vana fuit, & post electionem novi Papæ contemptus mansi ac derelictus. Cum proin Tartaris obsistendo non sim, si sanctæ Sedis auxilium etiamnum mihi desit, pacem ac fœdus ab iis sæpius mihi oblatum magno

*ap. Rayn.**n. 33.**Sup. lib. 81.**§. 48.**Ughell. to. 1.**p. 239.*

Sæcul. XIII.
A.C. 1259.

gno cum dolore accipere cogar. Faciunt mihi optionem vel filium meum filiae Principis sui, vel hujus filio filiam meam despondendi; sed hac expressa conditione, ut filius meus cum quarta exercitus mei parte a fronte Tartarorum in Christianos eat, prædarumque & armis quæditorum partem quintam habeat. Præterea a solvendo eis tributo immunis ero: non intrabunt terras meas: atque si Legatos ad me mittent, eorum comitatus centum capita non excedet. Bela querebatur etiam, regni sui ecclesiis gravem esse Papam beneficia dantem exteris, orabatque, ut ne is amplius sic ageret.

Papa 14 Oct. 1259 ei sic respondit: Nemo ignorat, in quanta rerum perturbatione tunc, cum opem a Gregorio IX. peteres, Ecclesia fuerit, & quantopere Imperator Fridericus eam vexarit. Nondum hætenus solvendo fuit grandia illa debita, quæ tum contrahere coacta est, ita ut potius eguerit subsidio, quam ferre aliquod potuerit. Dum Gregorio successit Innocentius, abeuntibus Tartaris procella tui regni præterierat; nec opus erat amplius Cardinalium promissum effici. Quod attinet ad ea, quæ Tartari modo tibi proponunt: si nec a cælo nec a terra sperandum tibi esset auxilium; si de jactura omnium orbis regnorum, im-

mo

mo de vita ageretur tua, horrere tamen illa deberes. Sunt remedia tam probrosa, ut generosus homo eis mortem præferat. Ne sinat Deus, ut ob commodum temporale a corpore recte credentium te separes, & cum ethnicis foedus sancias futurus Christianorum hostis, quorum defensor fueras, & ad hos invadendos viam barbaris aperturus! Quin etiam, si hoc æternum tibi dedecus accivisses, regni tui jactura potius, quam salus foret. Audiisti forsitan ipse, Tartaros per fallaces similibus foederum illecebras multis populis imposuisse. Num te facturum putas, ut tibi uni promissa præstent sua? Ethnicorum fidei haud innitendum. Cum nostris in juramentis nihil authoritatis agnoscant: Christianus illis jurantibus fidere potest?

Sed nec matrimonii vinculum potest Christianum ethnica cum foemina jungere; quia inter ethnicos ipsos connubium quanquam verum ob fidei penuriam nec firmum est nec indissolubile. Si proin, quod Deus avertat, filiam aut filium tuum Tartaris dares, hæc illicita conjunctio nullam paci tuæ firmitatem tribueret, nec nisi concubinatus infamis esset. Monet deinde, ut confugiat ad Deum, agnoscatque, his ethnicorum incurfibus puniri crimina Christianorum, speciatim occupata bona Ecclesiæ, ac impugnatam ejus liberta-

Sæcul. XIII.

A. C. 1259.

Sæcul. XIII.
A. C. 1259. bertatem. Precatur, ne moleste ferat, si postulati mille balistarii sibi non mitantur, eo quod subsidium majus habiturus esset in quinta sacrorum Hungariæ proventuum parte: se hanc ei concedere, immunes tamen ab ea velle Templarios Equites cum cæteris Religiosis militaribus, monachisque Cisterciensibus. Denique beneficia in extraneos collata frigide excusat, dicens, vix dari regnum aliud, cui hæc querela minus conveniat quam Hungariæ; nec tam bene agi posse, ut homines maligni nihil vituperent.

Illud, quod Papa hic asserit, in ethnicorum fide haud esse nitendum, non nimium striete accipi debet. Haud decet divinam & quæ naturam excedit, fidem confundere cum bona fide humana omnis varias inter gentes commercii basis, quod sanæ rationis effectus est naturalis. Conjugii impedimentum ex diversitate religionis natum non est insuperabile in certis casibus singularibus, in quibus de publico & ipsius religionis bono agitur.

§. LVI.

Litteræ Pontificiæ contra Clericos concubinos.

ap. Rayn.
n. 22.

Incontinentia Cleri tam communis & tam publica erat, ut Papa Alexander reme-

remedium malo allaturus ad Archiepiscopos, eorum Suffraganeos, Abbates cæterosque Præpositos ecclesiasticos epistolam circummitteret, in qua primum eis graviter ob oculos ponit, quam sibi commissarum terribilem animarum rationem Deo reddere debeant; dein exaggerat exemplum pessimum Clericorum contemptis canonibus concubinas palam sustentantium, abjectoque omni pudore sacras ministerii sui functiones impuris manibus exercentium. Exponit, quanta sibi vituperia ab hæreticis, quantum contemptum a populis, quam miseram Ecclesiæ oppressionem ab Optimatibus accersant. Hortatur Præsules, ut primum optimo vitæ exemplo, tum fontium castigatione rem indignissimam exterminent: declaratque, eorum severitatem per appellationem haud retardatum iri, & litteras apostolicas a reis contra hanc infectionem impetratas fore nullas & irritas. Dabat 13 Febr. 1259.

Hujus epistolæ habemus exempla duo, Archiepiscopo Rothomagensi alterum, alterum Archiepiscopo Salisburgensi inscriptum. Unde colligitur, illam in cæteras quoque provincias esse missam, atque hoc vitium fuisse generale in tota Ecclesia. Archiepiscopus Rothomagensis erat Odo Rigaldus Ord. Minorum, qui Odoni Clementi an. 1247 successerat, & hanc

Sæcul. XIII.

A.C. 1259.

Stero. 1260.

p. 283.

Gall. Chr.

to. I. p. 587.

Sæcul. XIII. hanc sedem 28 annis tenuit. Hæc epi-
A. C. 1259. stola est elegans: sed talia mala exigunt
 remedia magis singularia quam exhor-
 tationes quantumvis pathéticas.

§. LVII.

*Controversia Universitatis Pa-
risinæ.*

Cum tot epistolæ, quas Papa Alexander
 in gratiam Fratrum Prædicatorum
 jam dederat, Doctores Parisienses, ut eos
 reciperent, necdum permovissent, hoc an-
 no 1259 eum in finem plures dedit. In
 prima, quæ Anagninæ 5 Apr. Episcopo
 Parisiensi inscripta fuit, queritur aliquos
 Doctores molestiam facessere certis Rel-
 giosis revocationi Guilielmi de Sancto A-
 more se opponentibus. Jubet Episco-
 pum convocatis cunctis Doctoribus ac di-
 scipulis proposita anathematis poena in-
 terdicere, ne sic cum illis agant: eo quod
 hi Religiosi salva æquitate consentire ne-
 queant in restitutionem hominis merito
 condemnati, rixosi, & contumacis. E-
 doctus postea Universitatem hoc cum
 Doctore magnum litterarum commer-
 cium habere, præcepit Episcopo, ut illud
 pleno jure constituta proscriptionis poena
 rumperet.

Duboulai
 p. 348.
Indigner
accep.
Vading.
 1259. n. 4.

Dubon.
 p. 351.
Multorum
relat.
Vading. n. 5.

Uni-

Universitatis Rector, Professores Ar-
 tium, cæterarumque duarum Facultatum
 Juris ac Medicinæ Doctores perhibebant,
 hæc omnia Papæ mandata ad solam Fa-
 cultatem Theologiæ spectare, quia hæc
 sola esset, ad quam illi Religiosi admitti
 vellent. Quapropter Papa Episcopo Pa-
 risiensi tertiam scripsit epistolam, quam a
 magnis Universitatis laudibus inchoat, &
 in qua huic Præsuli injungit, ut Artium
 Professores ac reliquos, qui Fratres Præ-
 dicatores Minoresque ad societatem suam
 admittere recusarent, hos intra quindecim
 dies eo recipere sub anathematis pœ-
 na jubeat, a qua illi absolvi haud possint,
 nisi coram sancta Sede compareant. Insu-
 per Papa imperat, ut Episcopus has lit-
 teras horum Religiosorum rationem vi-
 vendi, & paupertatis professionem appro-
 bantes promulgari, & librum de periculis
 novissimorum temporum cæterosque li-
 bellos contumeliosos in Ordinum illorum
 membra latine aut gallice soluta vel
 ligata oratione compositos publice con-
 cremari curet. Addit: Ecclesiæ castris
 expulsum denunciabis Guillotum fori lit-
 terarii administrum seu bidellum nationi
 Picardicæ addictum, quod præterita Do-
 minica Palmarum Fratre Thoma Aquina-
 te de rebus divinis habente sermonem
 in præsentia Cleri ac populi probrosum
 libellum in Fratres Prædicatores vulgare
Hist. Eccles. Tom. XXI.

Sæcul. XIII.
 A C. 1259.

Ex alto.
 Vading. n. 6.

T sit

Sæcul. XIII. sit ausus: faciesque, ut Parisiis in per-
A.C. 1259. petuum ejiciatur. Dabat 26 Junii.

Duboulay
p. 353.
Rayn. n. 27.

Post paucos a Paschate dies scripsit ad Universitatem de postulata revocatione Guilielmi de Sancto Amore. Exponit illi, hunc Doctorem non se demississe, librum suum a sancta Sede damnatum non retractasse, nec ullum poenitentiae signum edidisse: ac spem facit, eum a se in gratiam receptum iri, quando ad sanam mentem reversum viderit. Denique ad S. Ludovicum litteras misit, in quibus eum prædicat, quod Apostolicæ Sedis imperiis se submittens homines pacificos, nempe Religiosos Mendicantes a turbatoribus scholæ Parisiensis tueatur: oratque Regem, ut Episcopo Parisiensi validam manum tradat executioni daturam epistolas, quas modo adduxi.

Dubois
to. 2. p. 372.

p. 414.

Episcopus Parisiensis nono tunc anno erat Reginaldus Corbeliensis. Guilielmus Averniensis 30 Martii an. 1248 ante Pascha, scilicet anno 1249 vita functus successorem habuit Gualterium Castro-Theodoricianum antea Parisiensis Ecclesiæ Cancellarium. Cum is duntaxat unum circiter annum tenuisset sedem, in hujus possessionem 10 Jul. an. 1250. Reginaldus venit, a quatuor Baronibus solenni ac veteri more portatus. Sedit annos decem & octo.

§. LVIII.

Sæcul. XIII.
A. C. 1259.*Collegium Sorbonicum.*

Reginaldi ætate conditum est clarissimum Universitatis collegium Sorbonicum, sic nominatum ab authore suo Roberto Sorbonico, qui & ipse hoc nomen ab ortus sui loco pro temporis more traxerat. Cameracensis primum, dein Parisiensis Canonicus, ac Regis Clericus, seu S. Ludovico a sacello fuit, qui virum ob celebratissimam ipsius virtutem in aula sua commorari voluit, & ad mensam suam interdum adhibebat. Collegium illud suum construere cœpit anno 1250, cum Rex aut potius Regina Blanca hoc absente eum in finem illi Parisiis dedisset domum quandam ante Palatium Thermarum: quod fuerat Imperatoris Juliani apostatæ palatium, cujus rudera etiamnum videntur. Postea Rex domos omnes, quas eodem in loco habebat, Roberto Sorbonio concessit pro quibusdam aliis, quas Robertus possederat in vico *de la Bretonnerie*, ac Regis Rogatu Religiosis sanctæ Crucis cesserat. Litteræ datæ sunt mense Februario an. 1258. Collegium Sorbonicum pro pauperis Theologiæ studiosis exstructum est.

*Joinv. p. 6.**Dubrevil.
Antiq p. 617
Duboulai.
p. 224.**Sup. lib. 14.
§. 34.*

Religiosi sanctæ Crucis sunt quædam congregatio Canonorum Regularium

*Dubois.
p. 417.*

Sæcul. XIII.
A. C. 1259.

Chapeau.
to. 2. p. 262.

Bibl. Patr.
Paris. to. 5.
p. 1006.

sub initium ejusdem seculi a Theodorico Cellensi Canonico Leodiensi instituta. Illorum domus primaria est asceterium Hohenjense anno 1234 a Joanne Apio Episcopo Leodiensi conditum.

Tria Roberti Sorbonii scripta habemus plus pietatis quam doctrinæ monstrantia, & simplicissime, ne dicam, ruditer composita. Sed Guilielmi de Sancto Amore cæterorumque ejusdem temporis Authorum stylus vix sublimior est. Roberti librorum dos est, quod sint solidi, practique, & unice ad utilitatem animarum tendant. Cuncti tres ad penitentiam pertinent. Primus est inscriptus: De Conscientia; alter: De Confessione; tertius: Iter ad paradisum. Primus videtur esse factus pro auditoribus scholarum: nam perpetuo examen, quo Cancellarius Universitatis eorum doctrinam periclitatur, cum judicio Dei comparat. Siquis sibi proposuisset, ait, Parisiis docere litteras, quantocunque labore constaret, quia repulsum passus in furcam ageretur: foret cupidissimus e Cancellario vel ex quodam ejus senatore intelligendi, quoniam ex libro examinandus esset: si ponamus eum Doctorum albo inferi haud posse absque examine; nam hujus interdum gratia fit candidatis illustrioribus. Volumus autem omnes paradisum ingredi: & omnes, qui eum intrabunt, Theo-

Theologiæ Doctores erunt, legentque magnum codicem, nempe librum vitæ, in quo scripta sunt omnia. Antequam in paradiso Doctoribus adscribemur, examen omnes subibimus, & hujus nemini fiet gratia in die judicii. Haud ignoramus, ex quo libro examinandi simus, videlicet ex libro conscientiæ. Proinde sicut infans esset Clericus, si, cum Cancellarius ei dixisset: Ex hoc libro solo examinaberis, hunc relinqueret, ut incumberet in alios: sic summa est amentia omittere librum conscientiæ, ut aliis navemus operam, aut majorem demus, quam illi, ex quo severe sumus examinandi.

Totum opus reliquum eodem scriptum stylo eadem comparatione nititur: & ibi videre licet, quali tunc modo Cancellarius Doctoribus annumerari cupientium eruditionem exploraverit. Liber de confessione continet examen conscientiæ in modum dialogi arcanum Judicem inter ac pœnitentem: & author ibi late excurret in singula rerum capita. Via ad paradysum in triduum divisa est, nempe in diem contritionis, confessionis, & satisfactionis. Ibi scriptor asserit, pœnitentem debere paratum esse ad noxas vitandas potissimum ob amorem Dei, etiamsi nec paradysus nec inferi darentur; deinde pro quovis peccato mortifero teneri ad septem annorum pœnitentiam;

Sæcul. XIII.

A.C. 1259.

Duboulat.

p. 238.

Bibl. p. 1016.

p. 1029.

Sæcul. XIII. atque si eam hac in vita non peragat, in
A.C. 1259. flammis piacularibus completurum: ubi
 cernimus, veterum pœnitentiam nondum
 in oblivionem venisse. Author nec sub-
 tiles ratiocinationes, nec locos commu-
 nes adhibet, sed argumenta sub sensum
 cadentia, & exempla familiaria.

§. LIX.

*Veteres Carthusianorum constitu-
tiones.*

Scholæ Parisiensis existimatio illuc at-
 traxit Carthusianos, ut docet titulus
 eorum institutionis, ubi Rex S. Ludovi-
 cus ita loquitur: Fratres Ordinis Carthu-
 siani nobis præsentibus supplicarunt, ut si-
 bi concederemus nostram domum in Val-
 le Viridi prope Parisios urbem nostram,
 in qua largiter fluunt doctrinæ salubris
 aquæ totam irrigantes Ecclesiam. Tum
 Rex stipis instar eis castrum donat cum
 quibusdam bonis aliis. Litteras publi-
 cas dabat Meloduni mense Majo anno
 1259.

Duboulay
p. 360.
Dubois
p. 435.

Discipl.
Ord. Carth.
p. 112. 128.

Eodem anno Carthusiani generalia
 comitia obiire, ubi Rifferus decimus ter-
 tius Carthusiæ Præpositus, (Priorem vo-
 cant) curavit auctoritatem dandam con-
 stitutionibus Ordinis a se collectis, e-
 mendatis, auctisque: & hæ sunt, quas
 appellant statuta vetera. Inter alia ibi
 legitur:

legitur: Etsi praxis consuetudinum Guigonis quodammodo immutata est, comitia tamen eas in qualibet domo integræ sine ulla mutatione haberi volunt, ut videamus, quantum a vita nostrorum Patrum veterum desciverimus. Origo comitiorum generalium ibi notata est sub Basilio, qui fuit octavus Carthusiæ Præfectus seu Prior, ac diem obiit an. 1173. Omnium reliquarum domuum Priores, qui solum quatuordecim tunc erant, ab eo flagitarunt & obtinere, ut observantiæ firmandæ causa in primaria illa domo generalia celebrarent comitia.

Vide, quomodo sonent Rifferi sanctiones in capitulo de reprehensione: Est, cur divinum timeamus iudicium, nos, qui contra ejus inhibitionem transtulimus limites nobis ad vitam regularem a Patribus nostris positos. Siquis eos in dubium vocet, legat, relegatque Guigonis constitutiones! & videbit, quantum hodierna nostra vivendi ratio a vita Patrum nostrorum discrepet. Mali causa videtur esse in quibusdam Prioribus, qui subditorum correctionem negligunt, aut per nimiam indulgentiam corporis commoda sibi suisque parando disciplinam solvunt. Nonnullis insuper grave accidit apud fratres suos manere, egredique & ambulare placet: dumque illi alienis se negotiis onerant, gregem suum derelinquunt.

Sæcul. XIII.

A.C. 1259.

p. 129.

p. 131.

p. 133.

p. 134.

Sæcul. XIII.
A. C. 1259

quunt. Deberent considerare, Priorem Carthusiæ nunquam e finibus suæ solitudinis exire; has deambulationes extraneas veris eremitis odiosissimas esse, ac præ aliis rebus apud homines profanos in contemptum nos adducere.

Conventus generalis sæpe castigavit, ac legibus constrinxit curiosas impensas in vestes & apparatus. Sed nulla vel modicissima emendatio secuta est. E contrario multi adversus interdictionem obfirmatis animis nostrum institutum despiciunt, nos præ reliquis monachis omnibus adstringens ad modestiam, demissionem, paupertatem, vilitatemque vestium, ac eorum omnium, quæ nobis usui sunt. Sanctam Ordinis nostri rusticitatem obliiti gratulantur sibi, quod has mollitias introducant sobriæ frugalitati contrarias, & solitariæ vitæ severitatem enervantes. Huic superfluitatum studio adscribendum, quod, cum solitudinum nostrarum spatium jam non sufficiat sumptibus, multi audentes illicita, huc illuc decurrant, ut acquirant bona, metas suas proferant, & ulteriores redditus habeant per omne genus solutionum a legibus. Conventus in posterum rerum tam indignarum reos denunciari jubet. Sanctionum Rifferi & Guigonis intervallum centum triginta circiter annos continet.

Sup. lib. 67.
§. 58.

§. LX.

Tyranni Ecelini mors.

Lombardia hoc anno demum se a tyranno Ecelino liberam vidit. Cum Mediolanum subito occupare frustra conantem Cremonenses ac Mantuani duce Marchione Huberto Palavicino invasissent, vulnerato in pugna pede, die Sabbati S. Cosmæ sacra 27 Septembris 1259 captus, Succini, quo eum Cremonenses duxerant, post paucos dies animam efflavit septuaginta circiter annos natus. Sacramenta cum horrore abnuit, quemadmodum per vitam immemor Dei ac sine religione fuerat, cum spoliaret templa, Religiosis & Clericis crudelem inferret necem, beneficia, velut si Papa esset, quibus volebat, distribueret. Erat hostis humani generis, & supra quinquagies mille homines variis modis peremerat. Astrologis habebat fidem, & complures in comitatu suo numerabat; inter alios certum Canonicum Patavinum, & quendam Paulum Saracenum, qui Bagdetia venerat, & promissam gerebat barbam: Itali alterum in eo Balaamum cernere sibi videbantur.

Philippus Fontius Archiepiscopus p. 610.
Ravennas, & Apostolicæ Sedis Legatus Sup. l. 46.
hærebat etiamnum Brixiaë captivus, quo
T 5 Eceli-

Mon. Pad.
p. 606 607.
Etc.

Sæcul XIII.
A.C. 1259.

Anon. ap.
Ughel. to. 9.
p. 853.

ap. Rayn.
n. 5.

Anon. p. 854.
Matth. Par.
contin. p. 848

Nang. p. 547

Rayn. n. 7.

Ecelinus eum miserat. Papa Alexander comperta tyranni morte scripsit Marchioni Palavicino & Brixiensibus, ut hunc Præfulem liberarent. At renuerunt: nam Marchio Ecelini quidem inimicus, Papæ vero haud amicior erat. Archiepiscopus tamen per fenestram palatii, ubi asservabatur, elapsus Mantuam fuga petiit. Marchio Palavicinus Imperatori Friderico, cui erat devotissimus, multa præstiterat obsequia, multa beneficia debebat. Igitur ejus familiæ semper addictus mansit, & in foedere cum Marchione Atestano, Cremonensibus, Mantuanis, ac Mediolanensibus contra Ecelinum juncto disertis verbis voluerat, ut Manfredum agnoscerent legitimum Siciliae Regem, amicumque suum, & officia sua ad reconciliandum ei Papam impenderent. Sed & Manfredus Palavicinum suis in Lombardia copiis præfecit. Papa, qui hoc ipso anno Manfredum tanquam iniquum Siciliae possessorem proscripserat, hoc ejus foedere cum Lombardis icto offensus, Henrico Segusiano Archiepiscopo Embrodunensi ita scripsit: Absolutionem, quam Religiosus quidam Palavicino & Cremonensibus impertivit, nullam declara, eo quod nulla absolvendi potestate præditus ne formulam quidem Ecclesiæ observaverit, & quia ex præscripto tuo Fratrum Minorum aut Prædica-

dicatorum erat hanc absolutionem dare. Sæcul. XIII.
A.C. 1259
 Si Palavicinus ac cæteri Ecclesiæ rursum se submittere velint, pacta cum Manfredi quondam Tarenti Principe, aut cum reliquis Dei ac Ecclesiæ inimicis conflata rescindere debent ac satisfacere in punctis omnibus, ob quæ a sancta Sede proscripti fuere. Nullum inter civitates foedus Ecclesiæ Romanæ nomine jungas: non convenit, eam tale negotium in se suscipere. Nec milites sacros conscribi cura, quia Deus commiserans Ecclesiam suam ab Ecelino liberavit: & quod ad redemptionem votorum attinet, nos ei providebimus. Dabat 13 Dec. 1259.

§. LXI.

*Theodori mors. Michaël Paleologus
Imperator Græcus.*

Hoc ipso anno Manfredus Michaëli Epirotarum summo Principi, cujus filiam sibi nuptiis junxerat, subsidium misit contra Michaëlem Paleologum Græcum Imperatorem Constantinopolitanum. Imperator Theodorus Lascaris correptus morbo, cui Medici nullum remedium inveniebant, se fascino affectum credidit, ac ex levissima suspitione delatos comprehendit, nullo purgationis modo eis relicto, quam ferri candentis periclitatione: nam hæc superstitio Græcos etiamnum

Acropol.

n. 81.

Id. n. 74.

Pachym. l. 3.

c. 12.

num

Sæcul. XIII. num tenebat. Cum morti proximum se
 A.C. 1259. videret, monastica indutus veste accersito

Archiepiscopo Mitylenensi facta noxarum confessione, ad ejus pedes prostratus lacrymis humum rigabat suis, sæpius clamans: JESU Christe! ah te deserui; suaque manu largam distribuit stipem.

*Gregoras
 lib. 3. c. 2. n. 6.*

Sic vitæ curriculum confecit anno ætatis trigesimo sexto, regiminis sui quarto nondum completo, quod mense Novembri 1254 inceptum mense Augusto 1258

*Maur. David. animad.
 in Possin.*

finiit. Filium reliquit necdum octo annos natum, ac testamento suo Governatorem Imperii declaravit Præfectum vestiarum Georgium Muzalonum. Quem tanquam hominem fortunæ omnia debentem Optimates nono post Theodori obitum die in ipso templo, ubi funeris exequiæ celebrabantur, de medio sustulere.

Tum in Michaëlem Paleologum, qui etiam nomen Comneni ex avia sua capiebat, conversi sunt oculi: & Arsenius Patriarcha Constantinopolitanus parvi Principis Tutor una cum Muzalono designatus se passus est permoveri, ut illi summam rerum traderet. Hic Præsul pietatis studio quam politicis artibus clarior cum primoribus Episcopis Imperique Proceribus inito sæpius consilio consensit, ut, quamdiu parvulus Imperator Joannes Lascaris minor annis esset, Michaël Paleologus

Paleologus primariæ potestatis clavum cum Despotæ titulo teneret. At paulo post Imperii Optimates Magnesiæ Paleologum scuto impositum proclamant Imperatorem. Patriarcha Arsenius, qui tunc Niceæ agebat, rei nuncio vehementer afflictus, pusilloque Principi metuens, proscribere Paleologum ac electores ejus cogitabat primum: sed imperans iræ juramentis potius terribilissimis adstringendos credidit, ut ne appeterent vitam pueri, aut ei malefacerent. December inierrat, quo vix elapso, nempe 1 Jan. 1259 Patriarcha ipse Michaëlem Paleologum tanquam Imperatorem Niceæ ad aram coronavit, sed solummodo ad tempus, donec scilicet Joannes Lascaris regnando per ætatem par esset, eaque conditione, ut tunc ille ultro relicto folio cuncta imperatoriæ dignitatis insignia poneret: atque hoc sibi promitti, promissumque per juramenta prioribus grandiora firmandum curavit.

Sæcul. XIII.

A. C. 1259.

Greg. lib. 4.

c. 1.

Acrop. n. 77.

Pachym. l. 2.

§. LXII.

Flagellantes in Italia.

Interim Italiam corripuit pietatis ardor hactenus inauditus. Perusiæ coeptus Romam venit, indeque in reliquam regionem. Nobiles, plebeji, senes ac juvenes immo quinquennes pueri ob crimi-

na

Sæcul. XIII.
A. C. 1259.

na Italiam inundantia Dei timore percussi per urbium vicos ibant penitus nudati exceptis partibus, quas contegi pudor omnino jubet. Supplicantium ritu bini procedebant, suam quisque scuticam tenentes manu, multosque inter gemitus & lacrymas tam acriter terga cædebant sua, ut se totos cruentarent, implorantes Dei misericordiam & sanctissimæ Virginis patrocinium. Etiam noctu asperrima hyeme accensis instructi cereis circumbebant: centeni millenique & usque ad decem millia sequebantur Presbyteros crucis ac vexilla præferentes. Accurrebant ad templa, & ante altaria humi procumbebant. Idem agebant in oppidis & pagis, ita, ut montes & loca plana eorum clamoribus personarent.

Nulla tum instrumenta musica, nullæ cantilenæ amatoriaræ, sed tristes tantummodo voces audiebantur. Vel illustrissimæ matronæ ac virgines delicatissimæ virilis sexus exemplum imitandi causa pro gentis more suis inclusæ cubiculis idem faciebant debita cum modestia. Tum inimici plerique redire in gratiam; sceneratores furesque bona male parta reddere; fontes reliqui sua confiteri crimina, seque corrigere. Tum reclusi carceres, captivi liberati, revocati exules, totque bona opera facta, velut si fuisset timendum, ne ignis de coelo caderet, aut terra

ra

ra dehisceret, vel similis quidam justitiæ Sæcul. XIII.
 divinæ effectus immineret. Hic tam subi- A. C. 1259.
 tus pœnitentiæ fervor materiam medi-
 tandi sapientissimis præbuit, cuinam cau-
 sæ eum adscriberent, haud videntibus.
 Non illum Papa præceperat continenter
 Anagninæ hærens: non eloquentia cujus-
 quam sacra effecerat, vel ullius hominis
 autoritas: simplices cœperant; reliqui
 secuti erant.

Hic pietatis motus Germaniam, Po- Stero. an.
 loniamque, ac plures alias regiones per- 1269. p. 289.
 vasisit. Pœnitentes ibant nudi a collo
 lumborum tenus velata, ne agnoscerentur,
 facie, & a lumbis ad pedes usque tecti.
 Quotidie bis se flagris verberabant per tres
 ac triginta dies in honorem annorum,
 quos Christus in terra transegit, certaue
 cantica de cruciatibus ejus ac morte ca-
 nebant. Sed superstitio haud diu aberat.
 Dicebant, neminem peccatis suis omni-
 bus exsolvi posse, nisi per mensem hanc
 ageret pœnitentiam. Confitebantur sibi
 mutuo, seque absolvebant quamquam
 laici, suamque pœnitentiam mortuis, e-
 tiam qui in paradiso vel inferis essent, sa-
 lubrem perhibebant.

Hi Flagellantes (nam ita vocabantur) Mon. Pad.
 Manfredo jam suspecti fiebant, priusquam p. 613.
 erroris alicujus arguerentur. Nequid i-
 pfius authoritati contrarium hæc con-
 gregata hominum multitudo moliretur,
 veritus

Sæcul. XIII.**A.C. 1260.**

veritus hoc pœnitentiæ genus per totum regni sui spatium, per Marchiam Anconitanam Hetruriamque constituta mortis pœna interdixit. Ejus exemplo Marchio Palavicinus idem Cremonæ, Brixia, Mediolani, & ubicunque imperitabat, prohibuit. Henricus Bavarix Dux & aliquot Germaniæ Episcopi hos Flagellantes contemptim rejecerunt. Prandotha Cracoviæ Episcopus eos pepulit, carceres, nisi prompte discederent, minitans. Janusia Archiepiscopus Gnesnensis, cæterique Poloniæ Episcopi detectis illorum erroribus fecere, ut Optimates sub gravibus pœnis vetarent, nequis hanc sectam sequeretur. Sic spreta brevi ac relicta est, sicut absque autoritate ac ratione formata fuerat.

§. LXIII.

Carmelitæ & Augustiniani Parisiis domos obtinent.

Parisiensis Universitas consensit denique in recipiendos Fratres Prædicatores, ut docent tabulæ publicæ Rectoris, & omnium Doctorum auditorumque nomine confectæ; in quibus ajunt: Statuimus & sancimus certas ob causas aliis in litteris fusius expressas, ut Fratres Prædicatores seu Jacobini (sic Parisiis appellantur) quotiescunque ad nostros actus publi-

*Duboulay.**p. 356.*

publicos vocati vel admissi fuerint, postremum ibi teneant locum, nempe Theologiae Doctores post cunctos reliquos ejusdem Facultatis Doctores juniores senioresque, seculares ac Religiosos; & in disputationibus nonnisi post Doctores ceteros argumententur; ex eorum Ordine prima donati laurea seu vulgo Baccalauri ultimam pariter sedem occupent post reliquorum Ordinum Baccalaureos, scilicet Fratres Minores, Carmelitas, Augustinianos, Cistercienses, ceterosque Regulares; atque praesens constitutio promulgetur, templorum portis affigatur, & jurejurando firmetur ab omnibus iis, qui nobis juramentum dixere. Dabamus ad S. Maturini nostro in conventu generali hac de causa ter convocato nimirum 20 Jan. 19 & 21 Febr. an. 1259 sive 1260 post Pascha.

Hic mentio fit de duobus novis Ordinibus Religiosorum Mendicantium, Carmelitarum scilicet & Augustinianorum, qui nuper Parisiis domicilium collocaverant. Carmelitæ erant illi homines solitarii (de quibus memini) in monte Carmelo instituti ante finem seculi duodecimi, quibus dein Albertus Patriarcha Hierosolymitanus regulam dedit. S. Ludovicus aliquos eorum secum duxit in suo a Palæstina reditu, & Parisiis domicilio donavit, ut liquet ex quadam epistola,

Hist. Eccles. Tom. XXI,

U

quam

Sæcul. XIII.
A. C. 1260.

Sup. lib. 76. §. 55.

Sæcul. XIII.
A. C. 1260.

Dubreuil.
Antiq. p. 567

Sup. §. 26.
Duhois hist.
to. 2. p. 442.
Dubreuil.
p. 550.

quam Rex Carolus Pulcher ejus pronepos anno 1322 scripsit. Habitabant initio ad ripam Sequanæ eodem in loco, in quo hodie sunt Cœlestini.

Augustiniani erant illi Eremitæ, quos Papa Alexander IV. in unum idemque corpus sub Generalem Præpositum Lanfrancum an. 1256 redegerat. Parisiis sedem acceperant mense Decembri anno 1259; eorumque domus erat in vico Montis Martyrum tunc extra urbem posito & prope illum, quem ex iisdem etiamnum dicimus vicum Augustinianorum veterum.

§. LXIV.

Albertus Magnus Episcopus Ratisbonensis.

Albertus Ordinis Prædicatorum Doctor celeberrimus etiamnum Coloniae Theologiam docebat, cum Papa Alexander illum elegit ad sedem Ratisbonensem cedente Episcopo vacuam. Illius doctrina & virtus erant momenta, ob quæ Papa eum censuit idoneum restaurandæ huic Ecclesiæ in spiritualibus æque ac temporalibus graviter perturbatæ. Quamobrem Alberto ejus curam injunxit, ut apparet ex litteris Pontificiis Anagninæ 5 Jan. 1260 datis. Sed Humbertus Romanensis Generalis FF. Prædicatorum Magi-

Ex Schedis
K. P. Jac.
Echard. ap.
Bzov. 1260.
n. 8.

Magister hoc nuncio ex curia Romana Sæcul. XIII.
A. C. 1260.
accepto haud modice afflictus sic ad Albertum scripsit.

Ad Episcopatum destinatus esse diceris. Si hoc ex parte Romæ credi posset, quis foret, qui te noscens credibile putaret, tibi persuasum iri, ut consentias? Quis, inquam, verisimile censeret, te sub vitæ finem tuæ ac Ordinis gloriæ, quam tantopere auxisti, hanc aspersurum maculam? Dilecte frater! Quis, quæso, nostratum, immo quis e cunctis Mendicantium Ordinibus dignitatum stimulis resistet, si tu succumbas? Non potius ad excusationem exemplum serviet tuum? Ne te, obsecro, nostri Romana in curia Domini consiliis aut precibus suis moveant! Hujusmodi verba facile in ludibrium & irrisionem abeunt. Ne tuum frangant animum Ordinis incommoda, qui fratres omnes generatim colit amatque, ac de te singulariter in Domino nostro gloriatur. Si hæc molestiæ majores, quam unquam fuerunt, essent, hominem tuarum virium alacriter eas ferre conveniret. Nec te percellat mandatum Papæ, quod, dum talibus de rebus agitur, potius verbis quam mente conceptum creditur: eosque, qui reapse obstiterunt, neutiquam coactos esse videmus. Tantum abest, ut hæc brevis parendi detrectatio officiat estimationi, ut hanc augeat etiam. Perpende

Sæcul. XIII.

A. C. 1260.

pende, quid acciderit illis, qui trahi se tales ad honores passi sunt; qualem famam habeant, qualem tulerint fructum; quem finem fecerint! Pone tibi ante mentis oculos negotiorum triclas in regendis Germaniæ Ecclesiis; & quam difficile sit hoc in munere non offendere Deum vel homines! Denique quo animo feres curas rerum temporalium & peccandi pericula, postquam libros sacros, & puritatem conscientiæ adeo amasti? Animarum salutem si quæris, considera, te per hanc status mutationem plane disperditurum esse fructus innumerabiles, quos per tuam existimationem, per tuum exemplum ac per scripta tua non Germaniæ modo, verum etiam orbi propemodum universo affers: cum tamen fructus ille, quem in Episcopatu edes, incertus omnino sit. Præterea charissime frater, totum Ordinem nostrum magnis a vexationibus modo liberum, & ingenti perfusum solatio vides: quid, si eum denuo in tristitiam graviolem immergeres? O si comperiam potius dilectum filium meum jacere in sandapila, quam pontificio in folio federe! Itaque positus humi genibus te obtestor per demissionem sanctissimæ Virginis ac filii ejus, ne tuum humilem statum relin- quas, ut, quod inimicus forsitan in multorum perniciem egit, in duplicem gloriam tibi nobisque cedat. Redde nobis
respon-

responsum, quod nos absolvat metu, no-
bisque ac fratribus nostris solatio fit!

Sæcul. XIII.
A. C. 1260.

Acceptit tamen oblatam sibi mitram Al-
bertus; sed ad summum triennio tenuit.

Natus erat Lavingæ ad Danubium
an. 1205 e prosapia Comitum Bolstatio-
rum. Litteras amœniore didicit Passa-
vii, & Prædicatorum Ordini nomen de-
dit viginti novem circiter annos ætatis
numerans, atque philosophicis jam studiis,
præsertim physicis imbutus. Coloniae
primum, dein Hildesiae, Friburgi, Ratis-
bonæ, Argentinae, docuit. Tum Colo-
niam reversus, ibi S. Thomam Aquina-
tem, ut memoravi, discipulum habuit.
Anno 1245 Parisios missus, & anno se-
quente affectus Doctoris gradum, Colo-
niam rediit anno 1248. Suum littera-
rum studium ei haud obstabat, quin quo-
tidie recitaret psalterium, precibusque sa-
cris, & meditandis mysteriis tempus da-
ret. Anno 1254 Vormatiæ Magister
Germaniæ Provinciis factus, quamdiu
hoc munus obiit, provinciam lustrabat
pedes, sine pecunia, & mendicans. Quo-
ties in cœnobio subsistebat, se occupabat
transcribendo libros, suumque laborem
relinquebat domui. Tanquam Nuncius
est missus in Poloniam, ut ibi tolleret bar-
baram consuetudinem infantes cum cor-
poris vitio natos ac invalidos senes ne-
candi: ut ipse testatur. A Papa Ale-
xandro

Vita to. I.
oper.

Sup. §. 34.
Echard.
sum. p. 213.
231.

VII. Polit.
c. 14. p. 461

Sæcul XIII.
A. C. 1260.

xandro IV. accitus Romam, sacroque palatio præfectus S. Joannis Evangelium ac Epistolas canonicas explicavit. In disputationibus contra Guilielmum de Sancto Amore magnam habuit partem. Tandem cum plures dignitates a Papa sibi oblatas renuisset, Episcopatum Ratisbonensem adeptus, vestem, non vivendi modum mutavit, sæpe de rebus divinis dicens ad populum, omnesque officii sui functiones ita peragens, ut sua prosequi studia suosque libros componere haud omitteret.

§. LXV.

Concilium Coloniense.

to. XI conc.
p. 781.

e. i.

Hoc anno 1260 plura concilia celebrabantur. Conradus Archiepiscopus Coloniensis provinciam suam jussu Papæ recognoscens multa ibi vitia exemplum malum præsentia deprehendit: & Coloniæ reversus ibidem concilium provinciale habuit, in quo disciplinæ causa quatuordecim canones pro Clero, & viginti octo pro monachis 12 Martii 1260 promulgari jussit. Notatu digniores habet! Concubinos publicos judicamus Clericos non tantum eos, qui domi suæ concubinas tenent, sed & illos, qui eas alibi habitantes suis sumptibus alunt, & sustentant. Quos in recognitione nostra ut tales

les notavimus, ii cessabunt in posterum a malo commercio suo, & in poenam vitæ præteritæ carcerem canonicum intrabunt, ibi secundum disciplinam hætenus observatam victuri! Pro redivis suis tam male impensis Ecclesiæ satisficient: liberis ex libidine sua natis testamento nihil relinquent, nec eorum nuptiis intererunt!

Clerici mercaturam non facient, alioqui easdem carceris, ac restitutionis poenas subituri. Legere saltem canereque scient. Canonicorum Ecclesiæ, quæ dormitoria non habent, communibus impensis aliqua construi curabunt: & Canonici Ecclesiarum, quæ jam habent aliqua, ibi dormient, ut olim factum. Cantabunt cunctas vigiliis pro mortuis fundorum largitoribus, quamvis denarios non legaverint in choro præsentibus distribuendos: deinde suum intrabunt senaculum, seu locum capituli, ubi martyrologium, necrologium & canones legentur. Sacerdotes sacrum facturi supparum lineum sub alba gerent, ne sua toga sacram hanc vestem proxime contingat. Canonici haud sæpe comedent dormientve extra ecclesiarum suarum ambitum: quem vocamus claustrum. Panem canonicum in natura ex communi pistrino accipient, non annonam ad vendendum. Immunitatis suæ spatium muris circum-

Sæcul XIII.

A.C. 1260.

c. 2.

c. 7.

c. 11.

c. 14.

U 4

datum,

Sæcul. XIII datum, claustrisque validis munitum habebunt.
A.C. 1260.

Sanctiones pro monachis indicio sunt, disciplinae remissionem inter eos fuisse magnam. Quidam incontinentiae nota laborabant; verberabant mutuo; rem propriam habebant saltem permissu Praefulis. Exhibant crebro, & interdum ante primam, vel post completorium, ut vocant: aliqui sub hospitalitatis specie privatim comedebant. Abbates Benedictini quotannis ad festum S. Crucis exaltatae diem Coloniam venire iubentur ibi comitia celebraturi. Monachi Abbati vel Priori suo sacras confessiones suas fecisse videntur.

§. LXVI.

Concilium Conacense & alia.

10. XI. conc.
p. 799.
c. 1.
c. 2.
Petrus Roncevallensis Archiepiscopus Burdigalensis, qui nuper Geraldo successerat, hoc anno 1260 Conaci concilium provinciale habuit, in quo 19 constitutiones fecit. Nemo profanus vigilet in templis ac coemeteriis, ne facinora probrosa & violenta ibi, ut haecenus, perpetrentur, & illorum reconciliatione sit opus. Ergo populus tunc officiis nocturnis aderat. Festo Sanctorum Innocentium die nulla in templis saltatio fiat: nec ibi creentur Episcopi in Pontificiae dignita-

dignitatis ludibrium. Galli Gallinacei in scholis non inter se committantur ad pugnam. Sacrum Chrisma non detur præditi privilegio, qui Episcopis diocesanis, quod iis debent, denegant. Parochi ob litterarum studia vel alia de causa Episcopi permisso absentes suum in locum aptos vicarios cum congrua portione substituunt. Monasteria, quæ habent jus designandi Parochos, similiter Sacerdotibus, qui parœciis serviunt, congruam assignent portionem, quæ ad minimum trecentos valeat solidos. Centum quinquaginta nostræ monetæ libras conficiebant. Parochi alienas parœcias non conducant. Cadaver in locum sepulturæ non deferatur, antequam ad templum parochiale pro more portatum sit, quia ibi melius quam alibi constat, an mortuus interdicto vel anathemate multatus fuerit: & nemo corpus humanum suscipiat, quod ipsi Parochus non tradiderit.

Parisiis Dominica Passionis 21. Martii Rex S. Ludovicus congregatis Regni sui Episcopis ac Proceribus indicavit apportatum sibi per Papæ litteras nuncium, a Tartaris victos Saracenos, subactam Armeniam, Antiochiam, Tripolim, Damascum, Alepum, aliaque loca: Ptolemaidem, & quidquid Latini trans mare haberent reliquum, in periculo esse. Igitur in conventu Parisiensi statutum est,

U 5

ut

Sæcul. XIII.
A. C. 1260.

c. 7.

c. 9.

c. 10.

c. 11.

c. 13.

c. 15.

c. 16.

*Duchesne**to. 5. p. 371.**Conc. p. 797.*

Sæcul. XIII.
A. C. 1250.

ut multiplicarentur preces, supplicationes publicæ fierent, punirentur blasphemiam, mensarum ac vestium luxus inhiberetur, Ludi Circenses, cæterique præter arcus & balistæ exercitia in biennium vetarentur.

Sup. §. 54.

Haiton. c. 24.

Jo. Vill.

VI. c. 64.

Samuel. p.

238.

Hi Tartarorum in Oriente progressus consistebant in occupata Bagdetia, cæterisque locis, quæ Hulacu-Canus bello acquisierat: & Christiani cis mare nimis creduli erant, dum Holoan seu Hulacus a fratre suo Mangu-Cano vitalibus aquis tincto Hierosolymam, ut captam Christianis redderet, missus dicebatur, & ab hoc proposito non nisi ob nunciatam Mangu-Cani mortem abstutisse, ut huic succederet, in Tartariam redire coactus.

ap. Rayn. n.

19.

Papa ipse cuidam Hungaro Joanni nomine, Hulacum fieri Christianum velle perhibenti credens Hulaco per litteras ea de re gratulatus animos addidit, exponens, quantas ei suppetias ad edomandos Saracenos Christiani armorum societate cum ipso inita ferre possent. Plenam vero fidem Hungaro non habuisse videtur, quia Patriarchæ Hierosolymitano scripsit, ut Hulaci Religionem indagatam ad ipsum referret. Itaque has spes evanuisse, & procedentes semper etiam in Europa Tartaros Poloniam Hungariamque impugnare audiens, statuit Viterbil anno proximo 1261. octavo a festo S. Petri

Stero. an.

1261.

Petri die Concilium celebrare: ad quod se paraturus Archiepiscopus in sua quemque provincia Concilium habere iussit.

§. LXVII.

Constitutio pro Græcis Cypriis.

Interim Papa magnam fecit constitutionem ad dirimendas controversias, quæ Latinos inter ac Græcos Cyprios post illas, quas Papa Innocentius IV. composuerat, erant exortæ. Germanus Cypri Archiepiscopus Græcus cum tribus aliis Episcopis Græcis, ac Nicosiensis in eadem insula Archiepiscopi Latini Procuratores Romam delati coram Papa Alexandro suas postulationes ita proposuerunt. Germanus ita loquebatur: Vacante Cypri metropoli Episcopi Græci a Papa Innocentio antecessore tuo impetrarunt copiam eligendi Archiepiscopum non obstante decreto seu concilii generalis, seu Legati Petri Episcopi Albanensis. Cum me cooptassent, Cardinalis Episcopus Tusculanus tunc Legati munere in Cypro fungens, electione iussu Papæ confirmata, me per Suffraganeos meos consecrandum curavit. Tum obedientiam Ecclesiæ Romanæ præstandam ego quidem illi sponendi, mei vero Suffraganei mihi secundum Canones promiserunt.

In pacata dignitatis meæ possessione eram, cum Archiepiscopus Nicosiensis me

Sæcul. XIII.
A.C. 1260.

Rub. Hist.
Raven. l. 6.
p. 435.

Append. to.
XI. Conc. p.
2352. Rayn.
n. 37.

Sup. lib. 83.
§. 47.

Sæul. XIII.
Ac. C. 1260.

me ipsum coram se comparere iussit, ut responderem de certis punctis, de quibus in me volebat inquirere, quamvis nullam jurisdictionem habeat vel in me, qui solius Papæ iussa revereor, vel in Cyprios Græcos mihi subditos. Parere ut non debebam, ita nolui: sed ad te appellavi, tuo me commisi præsidio, tuos subiturus oculos iter feci. Tum Archiepiscopus Nicosiensis vicarios meos violenter abigere, Græcos, ut ab obedientia mihi debita averteret, divexare, sententias, quas in aliquos eorum iuste pronuntiaveram, rescindere, anathemata contra me promulgare, multos mihi sumptus & damna creare coepit. Quapropter postulo, ut, quidquid hic Archiepiscopus adversum me fecit, tanquam temerariam juris alieni violationem abroges, impediasque, ne deinceps talia contra Græcos audeat. Hæc Archiepiscopus Græcus.

Papa rem commisit Cardinali Odoni Castro-Rodolphino Episcopo Tusculano, qui Pontificius in Cypro Legatus fuerat, coram quo Archiepiscopi Nicosiensis Procuratores non unam exceptionem proferbant, eum hanc ob causam nunquam accitum, se vero alia ob negotia missos esse causati. Nihilominus Cardinalis eos ad plenam defensionem adstrinxit per expressum Papæ mandatum, Archiepiscopo

po Græco subtrahentis materiam de justitia denegata querendi. Illi proin afferebant, electionem Germani fuisse nullam; quia Episcopi Græci Archiepiscopum eligendi jus non habuerint, & cum eligerent, proscripti fuissent: idcirco Nicosiensis Archiepiscopi tunc absentis vicarios electioni refragatos esse. Præterea Papa Cælestinus III., addebant, qui ob Græcorum perfidiam Cyprum armis quærendam Latinis obtulit, quatuor ibi sedes pontificias pro Latinis erexit, & hos in decimas cæteraque jura Græcorum Episcoporum succedere iussit. Sedem Nicosiensem unam ex illis quatuor primatus autoritate donavit, ac totius insulæ metropolim esse voluit. Dein Episcopus Albanensis tanquam Legatus statuit, ut Cyprus quatuor solum Episcopos Græcos numeraret, qui sedes in diocæsisibus Latinorum haberent, & Nicosiensi Archiepiscopo essent obnoxii. Unde conficitur, non posse alium dari Archiepiscopum hac in insula, quæ unica provincia est. Græcis eam eripuit Richardus I. Angliæ Rex an. 1191. & ad hoc tempus Cælestini Papæ constitutio referri debet.

Post hunc litis contestationem plurima utrimque objecta, plurima responsa fuere: puncta probanda litteris consignabantur: moxque initio prævidere licuit, actionem longam fore. Quapropter Archie-

Sæcul. XIII.

A C. 1260.

~~NOTA~~

Sup. lib. 74.

§. 30.

Sæcul. XIII.
A.C. 1260.

chiepiscopus Germanus orabat Papam, ut Ecclesiæ Græcæ inopiam respiciens ipsi ac fociis præscriptionem daret, ex qua cum Latinis sub ditione Romanæ Ecclesiæ vivere in pace possent. Adhæc Papa considerabat, præcipuam dissidii causam esse incertos limites jurisdictionis præter discrepantiam morum & rituum inter nationes diversas. Igitur arbitrato potius quam ex severitate juris ac secundum regularis actionis formulas dirimendam controversiam ratus, sententiam tulit, cujus hæc est summa.

In insula Cypro deinceps quatuor duntaxat Græcorum Episcoporum sedes erunt; prima Solis in dioecesi Nicosiensi, altera Arfinoë in Paphiensi, tertia Carpasi in Famagustana, quarta Lescaræ in Limissana. Quoties harum sedium Græcarum una vacabit, Clerus eliget Episcopum, cujus electionem Episcopus dioeceseos Latinus, si eam censebit Canonicam, ratam habebit, electumque per Episcopos viciniae Græcos consecrandum curabit: qui dein obedientiæ iuramentum Episcopo Latino dicet. Verum damnatio, amotio, translatio, & abdicatio Græcorum Episcoporum Papæ reservabitur secundum prærogativas Sedis Apostolicæ. Episcopus Latinus ex auctoritate sua Episcopum Græcis haud constituet, nisi hoc jure per eorum negli-

gen-

gentiam ad se devoluto ex sanctione concilii generalis; ac ne tum quidem alium, quam Græcum illis præficiet. Episcopus Latinus nullam habebit jurisdictionem in diocesanos Episcopi Græci, nisi quando Metropolitanus eam in diocesanos Suffraganei sui exercebit. Sed causæ Latinum inter ac Græcum ad Episcopum Latinum deferentur. Episcopus Græcus ad Episcopum Latinum, & hic ad Archiepiscopum Nicesiensem vocabitur. Episcopus Græcus quotannis semel Episcopi Latini Synodo diocesanae intererit, ejusque decreta observabit. Inspectionem Episcopi patietur, eique tunc solvet pecuniam debitam pro ratione pretii eam ob causam secundum Græcorum inopiam designati. Decimæ pertinebunt ad Latinos, ac ex more colligentur, ita tamen, ut nemo se ab iis immunem asserat, cum sint de jure divino. Sic sonat constitutio.

Quamvis Græci Cyprii Metropolitanum suæ nationis in posterum habere non debeant, volumus tamen, ut Germanus Archiepiscopali dignitate per vitam fruatur suam. Idcirco ejus personam de Archiepiscopi Nicosiensis potestate eximimus; & ut certam habeat sedem, illi Solensem assignamus, unde Nibonem Episcopum ad Arsinoensem modo vacuum trans-

Sæcul. XIII.

A. C. 1260.

Sæcul. XIII.
A.C. 1260.

Rayn. 1261
n. 7.

transferimus. Germanus etiam Episcopus Cypri Græcos, postquam eorum electionem Episcopi Latini confirmaverint, consecrare, & tanquam Metropolitanus disciplinæ causa recognoscere, dum vivet, poterit; pro Solensi tamen sede sua Latino Archiepiscopo Nicosiensi obedientiam jurabit. Hoc præscriptum ad Syros regno Cyprio adjunctos, quia eosdem cum Græcis ritus ac mores habent, extendimus. Datum Anagninæ 3. Jul. 1260. Sua nomina subscripsere octo Cardinales, qui tunc circa Papam erant; duo Episcopi, Odo Castro-Rodolphinus, Gallus, Episcopus Tusculanus, & Stephanus Hungarus, Archiepiscopus Strigoniensis, postea Episcopus Prænestinus; duo Cardinales Presbyteri, Joannes tit. S. Laurentii in *Lucina* natione Anglus, Ordinis Cisterciensis monachus, & Hugo a Sancto Charo natus Barcinoneti in Delphinatu, Ord. Præd. a suis in Codicem sacrum commentariis clarus, Cardinalis tit. S. Sabinæ. Cæteri quatuor erant Diaconi; Richardus Annibaldus nobilis Romanus Tit. S. Angeli; Octavianus Ubaldinus Florentinus Tit. S. Mariæ in *via lata*; Joannes Cajetanus de Urfinis Tit. S. Nicolai, & Ottobonus Fiescus Tit. S. Adriani.

DISSER-